



Ei, 47





# SILVVL A POEMATVM LATINORVM

EL. CASP. REICHARDI,

P R O F .   E T   R E C T .   G Y M N A S .   M A G D E B .

---

Si recreet Poeta,  
Simulque prosit idem :  
Meretur omne punctum.

---



---

H A L A E ,  
T Y P I S   I O .   H E N R .   H E S S I I ,

AJUVIA  
MVTAMEOF  
MVRORITAI.

KÖN.PR.FR.  
UNIVERS.  
ZV HALBE



VIRO  
PERILLVSTRI  
ATQVE EXCELLENTISSIMO  
**CAROLO ABRAHAMO**  
**L. B. DE ZEDLITZ,**

SERENISS. AC POTENTISS. BORVSSORVM  
REGI AC PRINC. ELECT. BRANDENB. A CONSI-  
LIIS STATVS INTIMIOR. SVMMI ET SANCTISS.  
RER. SACRAR. SENATVS PRAESIDI,  
ACADEMIARVM SCHOLARVMQVE CVRATORI,  
DOMINO HEREDITARIO DE KNAPSDORF  
ET MICHELWITZ, CETERA.

MAECENATI SVO INDVLGENTISSIMO,  
CARMINVM  
HOC QVIDQVID EST  
ANIMO DEVOTISSIMO  
D. D. D.  
ELIAS CASP. REICHARD.



OMNIA EXCELSISSIMA

**Z**EDLITZI, Aonidum Deliciae & Decus,  
Doctorum Columna, Spes, Fauitor, Salus,  
Reichardique simul Praesidium **TVI**,  
Noli, quaequo, **TIBI** quae pius offero,  
Illustrique **Tvo** consecro Nomini,  
Aueris oculis spernere Carmina,  
Quae laudes celebrant Numinis Optimus;  
Quae cantant **FRIDERICI** sapientiam;  
Famam quae **CAROLI** munifici canunt;  
Virtutem ingenuis quae tenui student  
Versu pectoribus reddere amabilem;  
Musas quae recinunt atque Academias,  
Iucundisque dicant Sacra sodalibus.  
Quae si, quid dubitem? lecta probaueris,  
Auratosque **Tvos** in forulos librum  
Hunc incompositum cedere iusseris,  
Ut per **Te** lyricis vatibus inferar:  
Sublimi feriam sidera vertice.





## Ad Lectorem.



Litteras humaniores cum per se amem  
ardentissime, tum hoc ardentius,  
quod illas immerito plures con-  
temnere video & flocci face-  
re. Quo iniusto contemtu p[ro]ae ceteris se oneratam  
dolet *Poesis latina*, quippe quam vel inter ipsos scho-  
larum doctores vix decimus quisque est, qui aut pro-  
be calleat, aut rite exerceat. Evidem artem hanc  
iucundissimam pariter ac utilissimam deamare coepi  
iam inde ab eo tempore, quo alumnis Scholae la-  
tinae Orphanotrophei Halensis adscriptus, in Musarum  
stadia, iusto licet serius & parentibus inuitis, adolescens  
sedecennis me immitterem. Contigit enim mihi esse tam



felici, vt, praeter KNAPPII, BEREINII, GOLDHAGENII, OLSENII, Virorum Clarissimorum, meique amantissimorum, quos numquam sine gratissimi animi sensu nominare quo, doctissimi etiam ALEXANDRI GOTTL. BAVMGARTENII institutione ac familiaritate vti per triennium potuerim, cui omne, quidquid est philosophicae atque poeticae cognitionis meae, omnemque, quo in hoc studiorum genus feror, amorem me debere publice ac lubentissime profiteor. Eidem integerrimo ac fidelissimo magistro acceptum refero delicatissimum illud stomachi fastidium, quo efficitur, vt, quidquid carminum latinorum legam, quidquid audiām, ab antiquorum Romanorum poetarum singendi scribendique ratione alienum & abhorrens, ultra betam incoetam insulsum mihi, insipidum ac fatuum sit. Ab ore enim felicissimi huius ingeniorum formatoris pendens ac vestigia ipsius, quamquam haud passibus aequis, persequens didici, ea demum optima esse ac probabilissima poemata, quae vel proxime exemplis veterum accendant, quibus diuinior, quam in iis admiramus, mens atque facultas inerat, & quibus dederat ore rotundo Musa loqui.

Non igitur possum non odiſſe profanum illud versifica-

ficatorum vulgus & arcere ab Heliconis radicibus , qui purissimam hanc scientiam in fordes deiiciunt , contami-  
nant , deformant atque prostituunt ; quum tamen , iudi-  
ce REGINERIO , ea genuinae Poeseos indoles sit ,  
quae ab omni tam rerum quam verborum humilitate ac  
immundicie abhorreat , omnemque puerilem ac meretrici-  
um fucum respuat , splendorem e contrario amet , nitore-  
rem ac venustatem requirat , magnificentiam adsecat , ad  
maiestatem adspiret . Non etenim profecto tot tamque  
audaces figuras , tot numeros magnificos & sonoros ,  
tot orationis lumina , tot verborum flores , tot senten-  
tiarum aculeos , tot imagines viuidissimas , tot denique  
omnis generis ornamenta , quibus gaudet Poesis & lu-  
xuriat , ad id fuisse inuenta existimandum est , vt illis  
res viles , humiles , plebeias atque scurries circumdare-  
mus . Quantum quidem in me est , ego Poesin , quam  
efflictim me deperire haud infitior , numquam *fordibus*  
& *scoria patiar tabescere tali* . Et quam vellem , vt per  
vires , per tempus , perque alia liceret , verissima huius  
artis imagine expressa , natuam eius pulchritudinem &  
excellentiam ob oculos heic ponere ! Insedit enim ad-  
huc multorum animis atque inuerterauit stolidior dicam



an perniciosior opinio , Poeseos culturam aut fructū & vtilitate plane destitutam , aut minus saltem necessariam , negligenterque adeo instituendam esse . Haud igitur inānem me operam ludere existimo , si praestantisimae huic arti , quam multi pro effrena singendi desipiendique licentia habent , consultum pro virili eam , & ex eo , quod haec animorum regina in sensus ac voluntates hominum exercet , imperio , atque ex incrementis , quae rei publicae & ciuitatis sacrae pomoeria inde capiunt , vtilitatem , dignitatemque suavissimae artis strictim breuiterque demonstrem .

Antiquissimus hic Poeseos honos est , nec nostris demum temporibus hoc , quidquid habet , imperii atque excellentiae sibi acquisiuit diuina haec scientia , sed iam primis mundi aetatibus obtinuit , ita vt non facta , sed nata animorum rectrix videatur . Nolo iam , neque enim iuuat , neque necessum est , ad miraculosam *Orphei* lyram & *Amphionis* testudinem , & ad alia , quae fabulose ab antiquis narrata sunt , prouocare ; quamquam & sub harum fabularum inuolucris inuidiosa haec , ab omnibus tamen antiquitatum scrutatoribus concessa , omniumque eruditorum , quibus nam-

sum



sum habere datum est, consensu corroborata veritas lateat, vim atque efficaciam carminibus inesse maxime admirabilem. Omnes enim, qui primi dispersos olim in agris homines atque in siluis errantes congregasse & ex agresti ac ferina ad mitiorem cultioremque vitam traduxisse perhibentur, nonne illud praepotentibus carminum illecebris atque blanditiis effecisse dicuntur? Et haec est, si quid iudico, illa ubique celebrata divinitas, quam veteres Poesi tribuerunt, quamque universa poetarum gens superbo ore crepare numquam erubuit. Hoc etiam sensu Academicorum ille coryphaeus, PLATO, poetas Deorum filios ac interpretes, sapientiaeque patres appellavit, cui & ARISTOTELES aliquique summi nominis summaeque prudentiae viri hac in re suffragati sunt. Quum enim & praeclarissimas sententias, certis numeris ac pedibus vincitas, & oraculaorum similia atque aenigmatum speciem praebentia multa eloquerentur poetae, atque ita prodeissent simul & delectarent: suspexit eos & quasi terrestres quosdam Deos venerata est rudis illa antiquitas, atque adeo cantuum suavitate irretita, pulchritudinisque mirifice splendore obstupefacta, ducendam sese illis gubernandam-





que totam permisit. Communis hinc fere ac peruagatissima facta opinio est, poetacen non tam artem esse, quam impetum quandam & furorē animi, qualēm & in vaticinantibus, in Sibyllis, & sacro thyrso percussis admirabantur. Testes desideratis? Sexcenti & plures adsunt, quos proferre atque in scenam producere possem, si vacaret, si pugnandum auctoritatibus esset. Vnus pro centum millibus sufficiat CICERO, qui in oratione pro *Archia*, sic, inquit, a summis hominibus eruditissimisque accepimus, ceterarum rerum studia & doctrina & praeceptis & arte constare, poetam natura ipsa valere & mentis viribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu inflari. Et cui ignotum est decantatissimum illud OVIDII? *Est Deus in nobis, & sunt commercia caeli; sedibus aethereis spiritus ille venit.* Quare suo iure ENNIUS sanctos appellat poetas, quod quasi Deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur. Neque illud mirum. Non enim sententiarum solum gravitate verborumque pondere in intimos pectorum recessus penetrant atque irrumpunt diuiniores poetae, sed mentibus etiam sese insinuant numerorum modo-

rum-



rumque suavitate, quae ita naturae nostrae consentanea est, ut veterum quidam animum ipsum numerum esse atque harmoniam putauerint. Et hanc fortassis ob causam illustris LEIBNITZIVS, vir, sicut ubiuis magnus, ita poeta acutissimus, suaris, ut cuiusque disciplinae summa nervosis ac venustis versibus exponeatur. Maxime sensitua, ut cum philosophis loquar, animae nostrae vis imaginatio est, cui genuinus poeta cum ratione semper indulgens, aliorum quoque facultatem imaginandi excitare adlaborat. Quo artificio sensus nostri aetatum capiuntur, & ipse tandem intellectus delectationi sese submittit, atque ita anima nostra sensim ad virtutem ducitur, seu potius rapitur, imaginatione pulcherrimis iucundissimisque earum rerum, quae in panaeticis socraticisque libellis tetricae ac molestissimae videntur, imaginibus mirabiliter capta. Facilius enim omnino & altius in animum descendit virtus, illucibus atque efficacissimis comitata Poeseos in cantamentis.

Poetas quidem, lasciuiae suae frenis remissi, magnam inter homines perniciem phaetonteumque incendium excitare, bonosque mores inficere grauiter & depravare posse, negandum, pro dolor, non est.

At





At e contrario saniores huius artis cultores caelestique  
aestu calentes efficacissimos ad virtutem stimulos ani-  
mis hominum iniicere , eosdemque ad castam , reli-  
giosamque vitam inflammare insigniter posse , quis est ,  
qui inficias eat , nisi homo elephanti corio circumte-  
tus omnique humanitatis sensu exutus ? Nam serif-  
fimos quoque atque immanissimos homines , nulla re ,  
nisi caede ac sanguine , gaudentes , poematum saepe  
vis incredibilis , animum permulcendo , mansuefecit.  
*Alexandrum* , qui apud *Pheraeos* in *Theffalia* tyranni-  
dem occuparat , aspero supra modum & immiti atque  
efferato ingenio fuisse accepimus , ita , vt homines  
viuos defoderet alios , alios , aprorum vrsorumque pel-  
libus infutos , canibus venatoribus dilaniandos obiice-  
ret , idque sibi pro ludo atque oblectamento haberet.  
Coram hoc tyranno agebantur aliquando *Euripidis*  
*Troades* , qua in fabula dolenter admodum deploran-  
tur Troianorum calamitates . Homo , quamuis durus  
& indomitus , quemque nulla umquam res ad miseri-  
cordiam flectere potuerat , sensit tamen se lugubribus  
poetics cantibus commoueri . Itaque statim se prori-  
puit e theatro , indignum esse , exclamans , se , cui  
tot



tot strages, tot vrbium direptiones, tot ciuium tor-  
 menta numquam lacrimulam exprimere vnam potu-  
 fent, Hecubae & Andromachae malis illacrimare.  
 Crederes igitur, non humano, sed diuino ore poetas  
 effundere versus suos. Animos dictis regunt, & quo-  
 cunque volunt, auditores trahunt. Vehemens, acris,  
 incitata, ardens, &, vt ita dicam, rapida ruit eo-  
 rum oratio; cursu atque impetu suo, quidquid ipsis  
 resistit, impellunt, frangunt, dissipant, comminuant;  
 quidquid cedit, secum vehunt ac auferunt. Virtutes,  
 quas imitandas proponunt, non adumbrant, sed de-  
 pingunt, non describunt, sed exprimunt, non oculis  
 subiiciunt, sed animis legentium atque audientium  
 altissime infigunt. Languidis ac torpentibus animis  
 faces quasi admouent & subdant, fulmina in mentes  
 vibrant, pectus concutunt, & quasi stimulis confo-  
 diunt. Mox instant, vrgent, premunt, proturbant  
 atque prosternunt, mox demulcent, deliniunt, blan-  
 diuntur, titillant, vt abripi videantur auditores, non  
 sequi. Quibus verbis elegantissime Poeseos vim expref-  
 sit GABR. IO. REGINERIVS in Epistola quadam  
 ad EMAN. MARTINV M data. Apprime etiam  
 huic



huc faciunt, quae vir defecatissimi iudicii, ac insigni eruditione praeclarus, saeculi & gentis suae decus, FRANC. BACO DE VERVLAMIO, in Opere de Dignitate & Augmentis Scientiarum, Lib. II. Cap. XIII. grauissime hac de re disputat, & quae legisse neminem poenitebit. Pronuntiatur enim, teste RICHARDO STEELE, in iis summatim de Poeseos dignitate & veriora & doctiora iudicia, quam in omnibus, quae vñquam de hac arte conscripta sunt, voluminibus comprehenduntur.

Quam praeclare igitur cum Poesi & vniuerso humano genere ageretur, si, qui Poetae nati sunt, praestantissima hac arte, qua tam misere quidam abutuntur, rectius vterentur ad bonos mores formandos, ad vitia ex animis excutienda & extirpanda, ad virtutes iisdem instillandas ac imprimendas, ad gloriam diuinam euoluendam atque amplificandam. Haec potiora, haec illustriora, haec summa atque ultima poematum argumenta sunt! Qua in sententia stantem a partibus meis deprehendo celeberr. ROLINVM in Commentatione sua eruditissima de Ratione docendi & discendi litteras elegantiores, Part. II. Lib. IV. Cap. I.

In-



Intelligenda omnino erit ex his , quae strictim dicta sunt , Poeseos praestantia & perfectio , cuius qui iucunditatem percepérunt , utilitatem cognouerunt , dulcedinem degustarunt , efficaciam denique experti probe fuerunt , quin pedibus in eandem mecum sententiam ituri sint , nihil est , quod dubitem . Etsi enim quaevis ars , quaevis scientia vitae humanae commoda atque ornamenta adauger , naturaeque dignitatem ad maiorem gradum extollit : prae ceteris tamen , fini sanctioris Theologiae cognitione & altioribus quibusdam disciplinis discesseris , huic fini adsequendo accommodatissima videretur Poesis , quam & ipse Deus aptam dignamque existimauit , qua plurima salutis nostrae aeternae mysteria a sacris scriptoribus panderentur , laudesque sapientiae , virtutis ac gratiae suae praedicarentur .

Facient etiam , ni totus fallor , ad nobilissimos hos , quos supra commemorauit , Poeseos fines & promouendos & consequendos ea , quae in lucem iam prodire iubeo , varii argumenti ac generis poemata latina , ex pluribus ideo selecta , vt ne praecipua libelli dos , gratia breuitatis , periret . Non equidem

adeo





adeo ipse mihi Suffenus sum , vt , deliciarum poetarum hoc quidquid est , ad omnium Lectorum palatum fore credam , licet triti illius Horatiani : *Et prodeesse volunt & delestant poetae , vbique & semper probe memor , omne mereri punctum industrius studuerim.* Sed quum publice aliquando declarandum esset tum quid in hac muneric mei scholastici sparta valeant humeri , quid ferre recusent , tum quam belle in praecordiis Amicorum acquiescam , quamque fortunatus mihi in eorundem amicitia videar : delitescere diutius in forulis meis has opellas nolui ; certissime persuasus , fore , ut peritiores aquioresque horum studiorum iudices , quorum supercilium non est quod reformidem , ex maxima huius libelli parte cognoscant , me in exercitationibus illis , quarum ope quantulamcumque meam Poeseos intelligentiam accessionibus locupletare data occasione adlaborau , non omnem , quod aiunt , operam atque oleum perdidisse . Scr. Magdeburgi , a. d. XXV. Sept. 1700.

El. Casp. Reichard.

Ho-





### Homunciones.



Si recreet poeta,  
Simulque profit idem:  
Meretur ornare punctum.

Mereamur omne punctum!  
Prosimus, ut ilique  
Mel dulce misceamus!

Ne fint Anacreonte  
Tenuanda magna parvo:  
Minimos homuncionum  
Sumam mihi canendos.

Sed qui tibi videntur  
Paruissimi inter omnes  
Pumilos, & inter omnes  
Humiles, & inter omnes  
Populos homuncionum?  
Pigmæa forte regna

A

Gruum.



Gruumque bella speras ?

Audire vel Philetæ

Plumbumque socculosque

Forrasse cogitabis ?

Nec haec mihi , nec illa

Fabella , digna fusis ,

Mulierculisque digna ,

Aniculisque digna ,

Recoquatur. Huc adeste

Magnique maximique !

Magni huc adeste reges .

Magnique purpurati ,

Magnique coccinati ,

Magnique galbanati ,

Magnique laureati ,

Magnique penulati ,

Magnique prædiati ,

Magnique consulares ,

Magnique curiales

Magnique in eruditis !

Adeste , quotquot orbis

Fraterculos gigantum

Videtque viderisque

Minimos homuncionum !

Iam iam renuntiabo ,

Vos esse homunciones.

Iam fasciae loquuntur ,

Vos esse homunciones ;

Bulla & nuces loquuntur

Vos esse homunciones

Pila & trochus loquuntur ,

Vos esse homunciones ;

Vestri & cibi loquuntur ,

Vos esse homunciones ;

Curaeque fluctuantes ,

Spesque & metus loquuntur ,

Vos esse homunciones ;

Te.

Temerariaeque mentis,  
 Quibus excidistis , ausa  
 Cræberime loquuntur ,  
 Vos esse homunciones ;  
 Corpusculique , cuius  
 Obnoxii dolori ,  
 Vis infidelis , haudque  
 Par improbo labore ,  
 Loquitur , perimbecillos  
 Vos esse homunciones ;  
 Morbi & loquuntur omnes ,  
 Fragiles & mollicellos ,  
 Miserosque & permittatos ,  
 Tenuesque & impotentes  
 Vos esse homunciones .  
 Vos esse homunciones ,  
 Mors & rogus loqueretur .  
 Nec vos homunciones  
 Sani negatis ipsis .  
 Non vultis esse tantum  
 Parvissimi inter omnes  
 Minutulosque nanos ,  
 Breuesque pumilones .

---

Επινίκιον

**D. I O. G E O R G I O K N A P P I O ,**  
 ad Beatorum sedes euocato , acclamatum .

M D C C L X X I .

**P**ugnata pugna ! Vincis !  
 Io Triumphe ! Vincis !  
 Qui , quamlibet laborum  
 Cumulo & molestiarum  
 Grauatus , atque curis  
 Senioque perdecoro  
 Confectus & refractus ,  
 Tamen usque perfidelis ,

A 2

Tamen



Tamen usque bellicosus,  
Tamen usque ad arma promptus,  
Signisque non relictis,  
Clypeoque non reiecto,  
Animosus atque fortis  
Acerrimusque semper,  
Minimeque molliecellus  
Minimeque delicatus  
Commiles inter Agni  
Exercitus fuisti.

Io Triumphe ! Vincis !  
Radianibusque frontem  
Redimitus , euge , stellis  
Meritissimae coronae ,  
Olympica corona ,  
Et Isthmica corona ,  
Et Pythica corona  
Longe micantioris  
Praegloriosiorem  
Victoriam reportas.

Pugnata pugna ! Vincis !  
Io Triumphe ! Vincis !  
Supremus hostis herbam  
Porrexit , Ecce Mortem  
Tibi ad pedes volutam !  
Ecce mortis umbras  
Circumuolare frustra  
Caelestia arma , quorum  
Sensere robur olim ,  
Quum gessit illa vitor  
Fortissimus Draconis  
Et Cerberi trifaucis ,  
Omnisque , quanta quanta est ,  
Acherontiae cohortis ,  
Diuinus ille noster  
Et summus Imperator.

Iam



Iam tunc & haec , opinor ,  
Pugnata pugna. Vincis !  
Io Triumphe ! Vincis !

Vicisse Te , fatemur ,  
Iam saepius : sed vnam  
Tantum referre palmarum  
Nolebat Imperator.  
Remisit ergo ad arma ,  
Iussitque Te coronas ,  
Iussitque Te , triumphi  
Multiplicis flagranti  
Fiducia superbum ,  
Bonumque praelari ,  
Vincique nescientem ,  
Quouis die coronas ,  
Quouis die triumphos ,  
Et quolibet duello ,  
Et quolibet triumpho  
Lauros nouas mereri.

Quae iussit , illa facta .  
Capeffis arma , sancto  
Iesu cruro parte ,  
Vulcaniisque longe  
Praefantiora telis .  
Capeffis arma , laetus  
Animis athleta plenus ,  
Ductorque primipili ,  
Alacriorque miles ,  
Victoriaeque certus ,  
Et hoc vibras & illuc  
Letale fulmen ensis  
Virtutis ambidextræ ,  
Quem Spiritus ministrat ,  
Et hoc fugas & illuc  
Maleferiarum Auerni  
Insanientis agmen .

A 3

Quo-



Capessis arma, & illis  
 Quouis die coronas,  
 Quouis die triumphos,  
 Quouis die recentes  
 Lauros Tibi mereris,  
 Stipendiisque vitae,  
 Stipendiisque belli  
 Fungi impigre laborans,  
 Non de gradu moueris  
 Per impetus Draconis,  
 Per imperusque mundi,  
 Per imperusque morbi,  
 Per imperusque mortis.

Sic est. Suprema tandem  
 Pugnata pugna. Vincis!  
 Io Triumphe! Vincis!  
 Rudiariusque palmis  
 Ornatus & coronis  
 Vocaris ad triumphos.

Ad quos, Beate, quales  
 Vocaris ad triumphos?  
 Sionias ad arces,  
 Ad Halleluiah caeli  
 Stellarus euolasti,  
 In vita & in triumpho  
 Similis prophetae Eliae,  
 Thisbiticis quadrigis  
 Et igneo vehiculo  
 Escendis ad coruscas  
 Rutili domos Olympi,  
 Arcesque iam Sionis  
 Titane clariore,  
 Et glorioiore,  
 Et gratiosiore  
 Ingessus es micantes,  
 Vbi nulla concitabit

Acer-



7

Acerba cura pectus ;  
Vbi delibera spissis  
Mens gaudis tumescit ;  
Vbi mille fuauitatum,  
Et mille fauoritatum  
Et mille amoenitatum  
Te recreant ouantem  
Chorisque laureatis  
Quantibusque misum.

Io Triumphe ! Scandis  
Ad Halleluiah caeli ,  
Quo , Te viam docente ,  
Quo , Te probe monente ,  
Quo , Te pie precante ,  
Redimitus aeuerterno  
Cerraminis brabeo  
Iam plurimus triumphans  
Commilito praecuit ;  
Quo , quos amor laborque  
Sangissimus Tibi olim  
Adiunixerant , Amici  
Sociique gaudibundi ,  
Operumque sarcinaeque  
Maturius soluti ,  
Cincti caput corona ,  
Manibusque palma dnuistis ,  
Praetere gestiebant .  
Quorum , Senex beate ,  
Et osculi sapore ,  
Et gaudii lepore ,  
Et cantici tenore  
Fruaris auspicio ,  
Fruaris aeuerterno .  
Congratulamur omnes .

Vale , vale , valero !  
Ad Halleluiah caeli ,





Sionias ad arces  
 Deuictor euocate !  
 Et nos sequemur olim ,  
 Quum poscit Imperator.  
 Et interim viantes  
 Tentorium relictum ,  
 Corpseulum relictum ,  
 Cineresque & ossa , terram  
 Quibus leuem precamur ,  
 Amemus , osculemur ,  
 Et inter osculandum  
 Dicamus : Ille vicit !  
 Pugnauit atque vicit !  
 Pugnemus & sequamur  
 Vestigium cruentum !  
 Sequamur ! Et sequetur  
 Laetissimus triumphus .

---

## Ad

M. CHRIST. FRIDER. SCHRADERVM ,  
 Paedagogii Regii Glauchensis Inspectorem  
 dignissimum .

Tempus nocturnum  
 meridiano Poetis potius .

**A**estu meridiano  
 Mihi molestoire  
 Reieceram libellos ,  
 Socraticos libellos ,  
 Panaeticos libellos ,  
 Menforios libellos ,  
 Poeticos libellos ,  
 Et graeculos libellos ,  
 Et romulos libellos ,  
 Omnesque tandem ad vnum

Re-



Reieceram libellos.  
Sic seriis solutus  
De more diligentum  
Deambulare mecum  
Decreueram , simulque  
Cantare mollicello  
Anacreonticello.

Cantare mollicello  
Anacreonticello  
Incepseram. Sed , ecce ,  
Fluebat hic & illuc  
Multus per ora sudor.  
Detersus, ecce , rursum  
Fluit per ora sudor  
Et crescit impeditque  
Voem. Tacere cerrus  
In pratulo resedi.  
Strepebat hoc cicadis  
Dicaculis & omni  
Exercitu strepebat  
Culicum ; laboriosus  
Ludebat huc & illuc  
Apium chorus , suisque  
Bombis coegit alti  
Silentii pudere.

Silentii pudebat.  
Rupifsem : at aestuantis  
Caniculae furores  
Et feruidi Leonis  
Rabies mihi cerebrum  
Percusserat , caputque  
Terebrauerat misellum ,  
Vt nullus inde verfus  
Minusculus laceffi  
Veller, pigrumque venam  
Phaetonis experiri  
Currum putarem & ignem.





Quum multa cogitarem  
Frustraque roderem vngues  
Viuos : Valete , dixi ,  
Iam tosta & affa prata !  
Non hoc reuertar vñquam  
Breuissimis in vmbriis  
Isthinc Anacreontis  
Illusus architectus.

Tunc , tunc redibo , solis.  
Quum flamma trux Ibero ,  
Iacet sepulta ponto ,  
Varioque mitiores  
Ignes polo coruscant.  
Tunc ille iam sinister  
Votis meis olympus  
Vulcu sereniore ,  
Et auspiciatore  
Mea vota promouebit.  
Tunc , vt renatus ille  
Euphorbus , ille Pyrrhus ,  
Mundi audiam Camenas  
Symphoniamque caeli  
Rotantis astra dulcem ;  
Lyram Orphei , ferarum  
Et piscium trahacem ,  
Et alitum rapacem ,  
Auidus bibam medullis.  
Tunc aemulus canendi  
Erit mihi albus ales.  
Delphinus , illa rara  
Arionis carina ,  
Testudinis recenti  
Submiserit magistro  
Facile hospitale dorsum ,  
Ad altiora forsan  
Sacro imperu volanti.

Si



Si panda terga monstri  
Tremam : minus timendus  
Vtraque toller ala  
Feretque ad alta Pindi  
Cassillus ille vatum.

Tunc spiritus poetae  
Tot excitatus astris,  
Tot incitatus astris ,  
Tot aemulatus astra .  
Mouebitur iocosi  
Anacreontis omnis ,  
Monetur omnis, inquam ,  
Loquacis & tenelli ,  
Omnis beatioris  
Anacreontis ignis ,  
Lufusque honestiores  
Taubmanniae columbae  
Tunc duplicantur omnes.  
Tunc omne somnolentum  
Papauer ex ocellis  
Terens, vigilque, Iaetus  
Noctem traham canendo ,  
Sic quanta quanta , longam ,  
Sic quanta quanta , totam ;  
Et ad diem sequentem  
Tamen excitatori  
Et longe alacriori  
Abibo mente, quam si  
Per septem & octo inerres  
Horas cubile amasseim.

---

### Ad grillum.

**T**u , qui meae culinae  
Argutulus choraules  
Et hospes es canorus ,  
Quacumque commoreris

Fe-





Felicitatis omen :  
 Iucundiore cantu  
 Si quando me salutes ,  
 Et ipse te rependam  
 Et ipse , qua valebo ,  
 Remunerabo musa.  
 Diceris innocensque  
 Et gratus inquilinus ,  
 Nec vicitans rapinis ,  
 Ut forices voraces ,  
 Muresque curiosi ,  
 Furumque delicatum  
 Vulgus domesticorum ;  
 Sed turus in camini  
 Recessibus , quiete  
 Contentus & calore.  
 Beator cicada ,  
 Quae te referre forma ,  
 Quae voce te videtur ,  
 Et saltitans per herbas  
 Vnius , haud secundæ  
 Aestatis est chorista .  
 Tu carmen integratum  
 Reponis ad Decembrem ,  
 Lietus per vniversum  
 Incontinenter annum .  
 Te nulla lux relinquit ,  
 Te nulla nox reuistit  
 Non musicæ vacantem ,  
 Curisue non solutum ;  
 Quin amplies canendo  
 Quin amplies fruendo  
 Aeratulam , vel omni ,  
 Quem nos homunciones  
 Absumimus querendo ,  
 Aerate longiorem .

---

En-

E n c a e n i a

Templi Ecclesiae Euangelico - Lutheranae Altonauiensis

recens exstructi

ipso dedicationis festo die VI. Id. Sept.

ccccxxxiii.

Carmine glyconico celebrata.

**O**ptimi sumus in fide  
Et fauore Dei. Deus  
Huc vocatus adest. Amar  
Heic coli. Procul hinc, procul  
Illico ite, profani.  
Ite ! Nam simul aureum  
Verticordia Sanctitas  
Numinis iubar exferit,  
Non super sceleri est locus  
Criminius nefando.  
Ite ! Gaudia candida  
Castra gaudia postulat  
Haec dies, roseum caput  
Quae suum omne cum bono  
Splendida extulit vndis.  
Excitusque hilari die,  
Laetus huc feror, & sacrum  
Tento pollice barbiton  
Tinnulaque reciprocum  
Voce concino carmen.  
Prouocare, tenellula  
Sis licet, neque contior  
Nec polita faris, mea  
Musa ; nam Pietas iubet ;  
Surge, nec remorare.

Ne





Ne morare ! Quid impedit  
 Quo minus bona verbis  
 Verba mollibus integres ?  
 Verba nam bona sunt bona  
 Luce concipienda.  
 Suscitare ! Lyram cape !  
 Pectoris pia stridulo  
 Prode gaudia carmine !  
 Ne morare ; lubens , precor ,  
     Prodeas , mea musa !  
 Suscitare ! Quod ars tuo  
 Fonsque Apollineus negat  
 Carmini decus , hoc dabit  
 Gaudii calor ; hinc lubens  
     Prodeas , mea musa !  
 Suscitare ! Sacris decet  
 Te vacare laboribus ;  
 Et sacram Deus hanc diem  
 Elle iussit. Age , hinc lubens  
     Prodeas , mea musa !  
 Suscitaris ? Io ! placer  
 Grata conditio. Et quidem  
 Iure , credo , placet. Volup  
 Namque semper erit tibi  
     Praedicare Iehouam.  
 Quare age , huc aditum feras ,  
 Huc , vbi pia confluunt  
 Purioribus agmina  
 Dedicata sacris , bona  
     Praedicare Iehouam.  
 Confluunt. Viden' vt ruant  
 Mista turba ? Celebritas  
 Quanta ! Quantaque alacritas !  
 Quam frequentia compita ,  
     Quam sonantia bombis !

Ecce,



Ecce , cum puer senex I  
Feriatus adest ! Piae ,  
Ecce , cum nuribus socrus aderat  
Aduolant , chorus & canens  
    Virginum iuuenquamque Iouae !

Ecce , strueta recens domus  
Aequioris in hanc Dei  
Ciuitatem ope , quot vocat aut superaret  
Ianuis bipatentibus  
    Ad Sacra Iouae !

Hac enim , fibi quam vigens  
Optimo notat Altona  
Vnione diem , noua  
Haec domus Domino suo  
    Consecratur Iouae .

Omnis hinc Deus exfuler  
Exscrabilis ! Exfulent  
Tabulae simul hinc Dei  
Queis Supersticio aut Dolus  
    Sessimonia facrant.

Verus est , prece quem Deum  
Rite Christiadum cohors  
Sanctiore colit . Dei est  
Maximi ter & Optimus  
    Ioua nomine dignus .

Fictis non eadem Diis  
Laus est , non decus est idem ;  
Alter despicit alterum ,  
Qui locum tenet infimum ;  
    Sic sunt visa poetis .

Sic te , Diua potens Cypri  
Siluestris sequitur Pales ;  
Sic & tardipedi Deo  
Fas est , ut Louis omnium  
    Regis , iussa capessat .

O rem



O rem ridiculam ! Deos  
Digner hos ego honoribus ?  
Has derideo fabulas.  
Vnus , quem colimus Deum  
Tanto est nomine dignus.

Terram & oceanum & domos  
Ioua condidit aetheris,  
Dexteraque sua valer,  
Suffinere. Quis huic Deo  
Anteponier ausit ?

Hic polum digitis capit,  
Hic terram pedibus quatit,  
Dextra huic fulminibus grauis;  
Huic quis se similem Deo  
Iudicarier ausit ?

Voce quando sua tonat  
Et supercilium mouet,  
Nutat Othrys & ardua  
Nutat Offa. Quis huic Deo  
Compararier ausit ?

Totus omnipotentiam  
Orbis auxiliariam  
Gratiamque Dei canit  
Magnum vtramque. Quis huic Deo  
Anteponier ausit ?

Phoebus vnde venit , faces  
Nox recondit ubi suas  
Qua dies medius caler,  
Quaque Bruma pigris Scythae  
Vincula iniicit vndis ;

Supplicantibus huic Deo  
Et litantibus omnia  
Plena ; laudibus illius  
Cuncta plena. Quis huic Deo  
Anteponier ausit ?

Hic



Nulla quic sine numine  
 Res mouerier illius  
 Nec bearier. At potest  
 Hoc volente. Quis huic Deo  
 Anteponier ausit?

Hic & e cinere Altonam  
 Altonaeque tot aedium  
 Tecta surgere splendida  
 Inslit. Ergo quis huic Deo  
 Anteponier ausit?

Quis Deus magis ah magis  
 Est rogandus, vt hanc quoque  
 Et sacram iubeat sibi  
 Et salutiferam Domum  
 Altonensibus esse?

Fallor? An redeunt preces?  
 Impertramus. Io iubet  
 Et sacram Deus hanc sibi  
 Et salutiferam domum  
 Altonensibus esse.

Ore, quisquis ados, faue!  
 Vt lubentius audiens  
 Se vocarier ad suam  
 Hanc domum, huc veniat Deus  
 Gratiis comitatus.

Aethra distrahit! Bono  
 Mundus omne iam pater.  
 Non moratus adeit Deus,  
 Nube amictus & vndique  
 Gratiis comitatus.

Io! venit! Neque tor, puto,  
 Gratiis comitantibus  
 Venit ad Salomonia  
 Templa. Rite igitur Dominus  
 Haec dicator Iouae!



Scilicet stabili in domo  
Inquilinus erit nouus,  
Isque perpetus Deus  
Et facilissimus. O Domum,  
Altonamque beatam!

Gratiasque, quibus Deus  
Septus innumeris adest.  
Largietur auentibus  
Altonensibus. O Domum,  
Altonamque beatam!

Gratiis etenim fouens,  
Proxima his, sequitur Salus,  
Vera Prosperitas, Quies  
Mentis, atque animis piis  
Esculenta Voluptas.

Verum, amata Deo Altona,  
Ious, tu quoque, quae tuus  
Postulat, caue ne neges,  
Turpe neutre piaculum  
Vlum inhaereat vrbi.

Postular Deus hic tuus,  
Ut reclinibus omnia  
Et patentibus auribus  
Hac in aede bibas sua  
Fructuaria iussa.

Audies. Sed & hoc Deus  
Postulat tuus, illius  
Sospitali ope ut haec sua  
Fructuaria fertili  
Corde iussa capefas.

Sic, amata Deo Altona,  
Vana non, reor, auguro  
Tu potes fieri quoque  
Laude nobilium vrbium  
Gloriaque potentum.

Ad



Ad

IVST. LVDOVIC. DAN. LAMBRECHT

Dissertationum in ill. Collegio Carolino Brunsvicensi habitarum omnium primam publice defendantem.

a. d. xxii. Oct. 1700ccXLVI.

**C**ollis o Heliconii  
Cara portio ciuium,  
Pugna, & in cathedra noua  
Victor anterior caput  
Laurea redimire!

Cinge tempora & impedi  
Fasciis meritis comas!  
Plauditur Tibi, Nobile  
Praemium cape, quod Tua  
Diligentia poscit.  
Ceteras velut enitens  
Alnus ardua ramulis  
Eminet super arbores,  
Quae sacro in nemore aetheris  
Largo humore rigantur:

Non secus micuit quoque  
Laus & ingenium tuum &  
Singularis alacritas  
Hoc in egregio choro  
Ciuium Carolini.

Quare age altius euolans,  
Perge quaerere Thespiae  
Rupis Aonios specus,  
Lympha quos supē irrigat  
Frigerans Aganippe.

Perge quaerere laureas  
Hac via, Carolus iubet,  
Optimus patriæ Pater,  
Dulce Pieridum Decus,

Et Stator Carolini.

B 2

Perge



20

Perge quaerere nominis  
Gloriam artibus his bonis,  
Queis Rei bona publicae  
Ampliamus & inclui  
Aurea imus ad astra.  
Vos item, quibus advenie  
Par dies, agite, artibus  
Otium ingenuis cito  
His & ingenium & valentem  
Exercete iuuentum!

---

Septem, quae vocant, verborum Christi de  
cruce pendentis ultinorum verbum  
primum.

**I**ras huc, Pater, hue tuas  
Converte in caput hoc! Manus;  
Saevis fulminibus graues,  
In diuum exonera reum!  
Poenarum tibi quicquid est;  
Caelo quicquid inest mali,  
Dirorum cruciatuum  
Quicquid tartara continent,  
Huc deuolue! Satis tuae  
Fiat iustitiae! Stygis  
Adfint carnifex! Volens  
Falcem tergeminae necis  
In me prouoco. Soispes  
Hos tanrum esse, Pater, volo,  
Non vindicta quidem tuae  
Ardens iustitiae reos  
In ius immeritos vocat,  
Quos nulli violanda lex  
Poscit laesaque Sanctitas.  
Quae demenia, quam tuum  
In Natum, Pater, in sui  
Heredem Domini unicum,

Felis

Fellis quicquid habent, vorant !  
 Deugenere miserrimi  
 Ad summum sceleris gradum.  
 Sulcavere flagris Dei  
 Tergum barbaricis ; fluant  
 Largo sanguine plurimi  
 Per frontem laceram rubis  
 Pallentes fluuii in genas.  
 Et nondum satis est ; necem  
 Quamcumque esse satis, negant.  
 Seruorum manet aertheris  
 Mors Regem. Viden' ut malae  
 Iam furcam crucis erigant ?  
 Messiam hoc, stolidum genus,  
 Dignaris solio tuum ?  
 Per virtute graues, graues  
 Donis clauum adiungit manus ;  
 Clavis perfodiunt pedes,  
 Qui vestigia nectare  
 Dulci & melle fluentia  
 Iudeae omnibus impiae  
 Liquere in regionibus.  
 Tormenti genus horridum !  
 Et qui me dolor adscit ,  
 Verbis se negat exprimi.  
 Poenas , heu mihi ! quas daret  
 Tam dirum ex merito nefas !  
 Verum deprecor ipse ego ,  
 Caussam suscipiens malam ,  
 Iana contorta graui manu  
 Tento flectere fulmina.  
 Iusti brachia Filii  
 In strictum gladium ruunt.  
 Caussam admitte prius , Pater :  
 Ignari feelus hoc patrant :  
 Illos religio facit  
 Caecos , & tenebrae illinunt  
 Spissae lumina fontium.





Hinc gratum officium tibi  
 Se praestare putant, tuum  
 Hostem si faciant sacrum.  
 Adfixisse cruci Deum  
 Et mundi Dominum negant.  
 Absoluas, rogo, nescios  
 Tanto crimen! Posteros  
 His non dissimiles simul  
 Nostrae, quaeſo beent preces!  
 Noſtri purpura ſanguinis,  
 Hic ſaluum faciens liquor,  
 Perdi qui metuit. liquor  
 Omnes perfluat, expiet,  
 Omnes ſordibus abluat!  
 Dilecti, Pater, o tui  
 Votis annue Filii!

*Secundum.*

**S**i fas, veridico credere Numini  
 Quicquam: crede mihi, fallere nescium  
 Experture Deum. Non sine praemio  
 Ingenti officii iam mihi praefiti  
 Ibis pro merito tristis ad inferos,  
 Mandarem manuum vincula retrahi,  
 Diuinaque pedes voce refrigerem:  
 Sed non eſt animus talis opis tibi,  
 Mi fili, cupidus; nam facio pectoris  
 Scrutari tacitus callidus angulos.  
 Te vitae docuit ſpernere prodigum  
 Caeli sanctus amor, quicquid habet miser  
 Orbis; me ſcio, me fugere aufſpice  
 Frangendosque paras linquere carceres.  
 Haud paruum gemitus pondus habent pii.  
 Tu vero lacrumae define inutilis!  
 Quum fol ad medium venerit orbitam,  
 Inuoluer tenebris funereis caput,

Tres



Tres horas Domini sordidus in nece.  
 Tunc ibo Superum viator ad aethera;  
 Tellurem subitus concutiet tremor,  
 Et redditum tumuli credita diritti  
 Sanctorum veterum corpora plurimum.  
 Fractis ossa tuis ac socii tui  
 Praefractae pedibus frontis, ad inferos  
 Ipsi porta pater, sed tibi ad aethera  
 Felicesque domos, testaque splendida  
 Summi Regis iter dulce parabitur,  
 Punctum instantis ubi mortis & omnium  
 Momentum lacrumarum & cruciatum  
 Aeterna excipient summaque gaudia,  
 Quae, regnante Deo, diminui timent.  
 Credis? Vaticinor nec sine testibus.

---

*Terrium.*

**T**u ne quaesieris, flens mulier, de cruce pendulum  
 Natum! Define tandem lacrumarum & querimoniae,  
 Et siccis oculis hunc cruciatum, haec mea suspicere,  
 Quae toto toties sparsa gemis corpore vulnera.  
 Neui, difficile est, quod iubeo. Difficile est, genis  
 Ferrum non madidis in mediis visceribus pati.  
 Non ignoro, tibi qui gladii pectora diuidant.  
 Ergo suppetias interea, quea potero, feram;  
 Solamen miseris vberius *Spiritus* adseret,  
 Quem regnis propero post abitum mittere patriis.  
 Nunc, quaeo, hunc alium pro morituro accipe filium;  
 Hunc ut mater ames! Officiis non deerit suis.  
 Et tu, fratre mihi qui gemino carior omnium  
 Caris adsiduo ex agminibus discipulorum eras,  
 Heres esto mihi! Fratris enim scribere te loco  
 Mens est. Laetus adi, cerneque! Sed quaerere differas,  
 Quantum auri, quid opum, praedia, quae iura reliquerim.  
 Iam scis, credo, meas diuitias, pauperiem meam,  
 Vincentem Attalicas conditiones & Achaemenis  
 Thesauros. Plaeuit? Perplacet, & iure quidem placet.  
 Damnas esto simul! Mando etenim *Illam* fidei tuse.





*Quintum*  
seu Psalmus XXII.

**M**i Deus, hunc cur? Mi Deus optime, cur tuum relinquis?  
 Ploro, lamentor. — Procul auxilium, procul Iehova est.  
 Sol oriens audit querulos gemitus, diesque totus,  
 Sol audit fugiens eadem, tacitaque noctis umbrae:  
 Nec tamen haec audit Deus, omnibus audienda surdis.  
 Tene iniustitiae arguerem, Deus, Israe lis inter  
 Qui laudes habitas? In quem pater Abrahamus olim  
 Spem valido fultam fundamine collocavit omnem,  
 Nec post hunc fructu nixum genus omnium parentum est?  
 Sperarunt etenim, sperandoque sunt malis soluti,  
 Clamarunt, clamorque tuas penetrauit ille ad aures;  
 Sperarunt, & suffusos legimus pudore numquam.  
 Attamen haud homo sum; sum vermiculus, puto, misellus,  
 Opprobrium vulgi & nocissima fabula infimorum.  
 Qui me cumque vident, me despiciunt, caput mouentes,  
 Monstramus digitis, ridemur ab omnibus proterue;  
 Dicimur: hic, hic est! Illudimur ore longe aperto.  
 Ad Patrem fugias! Tibi opem ferat, inquiunt, Iehoua!  
 Scilicet ille cui si flagras amoris igne tanto!  
 Est ita, Amore mei flagras. Geneticis e Mariae  
 Suscepisti vetero puerum, pueroque lac bibenti  
 Spes mihi solus eras, natusque recens modo puellus  
 Spe in Te confisus Dominumque Deumque Te sonabam;  
 Pendulus a mammis carus tibi, mi Deus, pedendi.  
 Quo nunc, quaeso, fugis? Ne longius, obsecro, recedas!  
 Obruor aerumnis. Mors instat. Et obrutum relinquunt  
 Auxiliumque negant, qui me comitati erant, amici.  
 Ingentes contra tauri miserum dedere circum,  
 Mugiturque boum peterritus usque quaque cingor.  
 Flaminantem obiciunt linguam mihi, fauciumque hiatu,  
 Spumifera rapidus solet ut leo concitatus ira,  
 Rugire insistunt, similes fitientibus cruorem  
 Tigribus; ast vndis ego. Nam mea diffluunt timore  
 Osfa, & vix haerent nexus, artibus omnibus solutis.

Vritur



Vritur igne meum , & , veluti liquefacta sole cera ,  
 Cor fluit. Arscunt mea viribus , instar ollalarum ,  
 Meinbra , & siccatis mea faucibus vsta lingua adhaeret.  
 Me mortis iam terra tegit , premo puluerem sepulcri.  
 Hinc illinc lacrat rabidus canis , inde pessimorum  
 Turba crucis lignum erectae petit. Hi manus pedesque  
 Persodere meos. Facile enumerare cuncta possem  
 Osfa. Per extentum Iucentia corporis osfa cernunt ;  
 Cernunt , & rident , tantoque oculos dolore pascunt.  
 Diuifere meas vestes , tunicamque palliumque  
 Exposuere leues forti , nihil vt mihi superstis.  
 Tu spes vna super , Deus. O Deus ergo me relinques ?  
 Robur adepto meum , fer opem cito , & ensium furori  
 Eripito hanc animam ; solimumque & ab omnibus reliatum  
 Ne saevis patiare rapi canibus , leonibusque  
 Dicerpi validis , nec fodier unicornium vi.  
 Audi clamantem ! Et tua nomina fratribus iuuabit  
 Enarrare piis , laudesque fidemque praedicare  
 Coetibus in sanctis. Sic dicere semper ore laeto  
 Incipiam : Laudate Deum , pia corda , Io ! Iehouam !  
 Collaudate Deum , pia corda , iterabo , Io ! Iehouam !  
 Isacidae , laudate Deum , celebrate , Io ! Iehouam !  
 Eius & ante pedes vos voluite , filii Iacobi !  
 Non etenim spreuit miserum ille , nec vsque turbulentis  
 Nubibus obduxit vultum ; potius meis benignas  
 Aures admouit precibus. Lacrumosa nunc quereula  
 Exiit in laetas , quas vndique praedicabo , laudes.  
 Tu mihi , Tu nunc carmen eris , Deus. Huc venite nostri  
 Cultores Domini , vos inter enim meum Iehouae  
 Persoluam votum. Accumbens pia turba conuocata  
 Sacris vesctetur dapibus ; satiata deinde lautum  
 Laudans hospitium aeternas Tibi gratias , Iehoua ,  
 Exsoluet. Gaudete ! Metus procul , & procul sagittae  
 Mortis erunt ; semper nam peatore viuitis vigente.  
 Iubila succedunt ploribus , & resuscitatus  
 Laetum voce canit Paeania alaci chorus pionum ,  
 Et threnos quaerulos sequitur melicum Halleluiah caeli,  
 Terrarum gentes & longius audiant remotae



Mirenturque Tuum , Rex omnipotens olympi & orbis ,  
 Imperium ! Veniunt , ecce , vndique , supplicesque adorant  
 Te , Deus , & collum Tua sub iuga gratiora mittunt ;  
 Sola enim gentes Tua dextra potens gubernat omnes .  
 Terrarum Domini inuitati epulisque nunc referti  
 Sponte sua sua rura ferent Tibi , poplitem & lubenter  
 Flecent iam stantes in limine pauperes sepulcri ;  
 Flecent & fessi vix corpore spiritum trahentes ,  
 Et qui nascentur plures Tibi seruient nepotes ;  
 Post sobolem & sobolem , post saecula longa Te Tuumque  
 Laudabunt Numen , iusta & Tua facta non tacebunt  
 In terris longo post tempore posteri creandi .

## Ad

I O . S A M . P A T Z K E ,

Magdeburgi ad Aed. Spir. S. Pastorem primarium ,  
 Carmina secessum scribentis & otia quaerunt.

Ouid. Trist. I, 1, 41.

Nostris temporibus pristina praeferunt ,  
 Quaeis vates Latium Graeciaque audiit ,  
 Qui caeli feriunt sidera vertice ,  
 Dicunt nostra etiam Theffalios choros .  
 Vates innumeri sunt , hederae quibus  
 Docti conueniant praemia carminis :  
 At malunt medios vociferantium  
 Miseric , fateor , turpiter in greges ,  
 Quam missis sociis altius erigi .  
 Hos , credo , Attalicis conditionibus  
 Numquam dimoueas , vt procul aestibus ,  
 Ut turbis miseris & strepitu procul  
 In solis canerent lene recessibus .  
 Vates ille cygno rarius est nigro ,  
 Qui ventis quatitur , fulminibus tremit ,  
 Iactatur rabidi fluctibus aequoris ,

Qui

Qui paene in pluuiis diffuit, & tamen  
 Cantet, quae cecinit Naso Tomos petens,  
 Phoenix vix decimo nascitur vnicus  
 Lustro, qui poterit, quae potuit Deus  
 Inter Teutonidas ille Georgius,  
 Brennorum decus & stella Borussiae,  
 Quem non imperii sollicitudines,  
 Quas firmis humeris magnus Atlas tulit,  
 Arcebant laticis Aonii haustibus.  
 Caucus quisque, necisque Icariae memor,  
 Cursus aethereos differet adgredi,  
 Contentus medio, non sine commodis.  
 Ergo parturiens carmen amabile,  
 Carmen, quod Latium ter legat ac prober,  
 Se semper-quaerulo surripiat foro.  
 Heic lusus cohiber plurima lacruma,  
 Lamentumque rei subtidium perens;  
 Heic & garrulitas causidi obstrepet,  
 Lector verberibus, voce Cato tonans.  
 Lusus nec fremitus Phillyridas dabit,  
 Nec, credo, strepitus; nec tibi murmura  
 Vrbis, quae placeant, carmina suggestent;  
 Namque hec non tacitus clamor ementium  
 Vendentisque dolí fallere callidi,  
 Auriga increpitans, stridor & axium,  
 Cum multo cisi per plateas fono.  
 Caussas aula tuis suppeditat modis  
 Amplas; non tamen his nascitur hortulis,  
 Quod nasis sapiat callidioribus.  
 Ipsis nulla tuis sedibus est quies;  
 Concessere tibi non placidam horulam,  
 Qua laudanda canas, femina laetaque  
 Proles, seruitium, plebsue clientium.  
 Iam, quo cumque fugis, sint comites, caue,  
 Curae, quae celerem post equitem sedent,  
 Naves veliuolas scandere non timent,  
 Saepe aurata volant per laquearia,  
 Stratum per Pariis marmoribus solum

Ser-





Serpunt, per vigiles saepe satellites.  
 Frustra suscipimus carmina pangere ;  
 Non usus calamis : hae simul horridis  
 Alis ingenium verbaque comprimunt.  
 Nouissime satis ? Pingere me iubes ?  
 Cana canities candidior niue,  
 Sed rara in tremulis temporibus iacer.  
 Turpis frons & atrox mille vel amplius  
 Rugis implicita est, inque suas retro  
 Fugerunt latebras humida lumina,  
 Pallentesque genae tristitia domus  
 Sunt ; moeror labiis & dolor insidet.  
 Quales Harpyias, vt brevibus canam,  
 Pingit Virgilius, talis iis quoque  
 Horrenda est facies, squalida, tetrica  
 Monstris, quae numeros impediunt. Gui  
 Haec vitare datum est, ille recessibus  
 Demum liberior dulcibus vtitur;  
 Hic doctum poterit tendere barbiton.  
 Quo se praecipuis vatibus inferer,

## Ad

**CAROLVM LEBERECHT STÜTZINGIVM ,**  
 Amicorum suorum candidissimum,  
**T e m p l u m M o r t i s .**

**T**erris in gelidis, quas Aquilonium  
 Immenso pelagus circuit ambitu,  
**A**lgens perpetuo quas Helice vider,  
 Numquam Delius adspicit,  
 Ingens & glacie invincibili rigens  
 Est vallis, tacitum quam nemus & nigrae  
 Cupressi horridulis vndique contegunt  
 Vimbris, frigoribus replent.

In-



Infantis avium hic frondibus insidens  
 Semper laeus cohors lugubre praecinit  
 Carinæ fatidiois vocibus. Vndique  
     Hic circumvolitant Striges,  
 Adspectu horribiles atque vulturibus;  
 Hic Stympalides, hic stridere noctuae,  
 Funestæ volucres, terrificaæ ac truces  
     Cum bubonibus adsolent.  
 Passim hic innumeri vasta per aequora  
 Campi stant tumuli, sanguine quos rubri  
 Insano fluuiu[m] murmure dividunt  
     Sexcenti, horrifonis sonis,  
 Et rauco gemitu, curibus & pigris  
 Labentes, & aquis prensa sub infimis  
 Voluentes cinerem, fœda cadavera,  
     Offa, & squalida vermbus.  
 Templum haec vallis habet, quod regionibus  
 Notum Fama loquax fecit in omnibus,  
 Mirandum, vetus, arque ad speciem globi  
     Exstructum artificis manu.  
 Ex telluris habet partibus aeneas  
 Per portas aditum quartuor omnibus,  
 Custos adstet iis, robore corporis  
     Decrescente, Senecta iners,  
 Et præceps, tetricis cincta sedalibus,  
 Curarum comitate agmine tristium;  
 Stipant, serua cohors, saeva doloribus,  
     Morbi, Pauperies, Labor.  
 Vmbris incutunt aduenientibus  
 Custodes forium, poste rigentium  
 Aerato, laceris horribiles togis,  
     Et circumdatus aedium  
 Attrarum paries tegmine Iurido  
 Terrorem; atque licet cernere lampadas  
 Hic illuc, viduas lumine, quæ vomunt  
     Auras turbine fumeas,

Illaæ



Illae ceu nebulis noctis imaginem  
Aererna piceam terribilem magis  
Reddunt , nec redditum Manibus ad diem  
Monstrant introeuntibus.

Hunc immane locum , cimmeris nigrat  
Qui totus tenebris , imperio regit  
Monstrum , cui ratio denta , cui deest  
Duplex in facie iubar ;

Crudelis Dominus , qui iubet irritas  
Omnes esse preces , nec veniam dedit ,  
Nec dat , nec fera dum iussa dabit , dabit;  
*Lerum* nomine dicitur.

Sceptrum , quod manibus gestat in algidis ,  
Quotquot terra aluit , quotquot adhuc alit  
Lux haec , rite colunt pectoris intimi  
Cum formidine ferreum.

Seu sis diues opum , seu tenui lare ,  
Annis sive vigens , seu senio grauis ,  
Regni sive potens , seu patiens iugum ,  
Seu vir praeditus artibus ,

Artis sive rudis ; quisquis es , o Homo :  
Traderis Domino victima tetrico ,  
*Lero* , nil oculis quod videt erutis ,  
Nulliusque vicem doler.

Omnis summa manet vis ; mouet omnia  
Sortes vrna capax ; ferius , ocyus  
Cymbae nos auditus non saturabili  
Imponi Dominus suae ,

Raptosque imperium praecipit ad suum  
Portari . Seeleris purus & integer  
Vitae qui fuit , Manibus & pii  
Et felicibus additur ;

Contemtor Superum truditur ad malos  
Poenarum & miseris sorte perennium.  
Eheu ! Quo ruitis mente nefaria ?  
Cursum fistite , homunculi !

Lapfo9

Lapsos in barathrum pectore sordido  
Nil vos eripiet. Funeris admonet  
Quum vos pompa filens plus vice simplici :  
    Immortalia querite !

---

### P r e c e s

#### WERDENHAGENIANAE ,

Die Seele Christi heilge mich &c.

**C**hristus sanctificet vulneribus reum  
Me totum , precor , & peccatus agat sua  
Santa mente meum , corporis & mei  
Vires languidulas restitutat suis  
Membrorum innumeris , quas genuit , plagiis.  
Perfossum frames quod latices latus  
Mistos euomuit sanguine , me lauet  
Et spurcum ingenium purificet meum.  
Sudor purpureus , defluus illius  
Ex fronte , efficiat , iudicis ut fruar  
Summo in iudicio diuite gratia.  
T tormentum , dolor & supplicium graue  
Omne eius mihi der roboris adfatum.  
Audi , Christe , meas & reliquas preces !  
Tegmentum esto meum , praefidium & tuens ,  
Et scutum iaculis non penetrabile ,  
Hostis queis animae me petit igneis.  
Tutis oculie me vulneribus tuis ,  
Ut nullo noceat me Satanus malo.  
Tu me voce voca , quum venier mea  
Olim summa dies , immo iube prope  
Te confidere me , conciliis tuis  
Sanctis perpetuo mixtus ut in piam  
Laudem , Christe , tuam & iubila diffluam.

---



In obitum praematurum

Doct. & Profess.

MARTINI HENRICI OTTONIS,

Societatis Latinae in Academia Fridericiana primi Praefidis.

CILOCCXXXVIII.

**E**rumpunt merito Pierides in quaerimonias  
 Ereptumque sibi praesidium & dulce decus gemunt,  
 Eheu ! praesidium dulce quidem , sed nimium breve !  
 Siçcis non oculis , non tacite , non adamantinae  
 Circum Iudicerum stant tumulum , pulvere qui sui  
 Nuper depositas exuviias Praefidis abdidit ,  
 Longam letifico iam laceras dente miserrime  
 Morbi per rabiem & tabificam viam cruciatum.  
 Tantae quos gemitus tristitiae ciuit acerbitas !  
 Voces Pieridum pecloribus nonne tererrimis  
 Has tanti quaerulas eliceret funeris acritas ?  
 Nostrum squalidior subiicitur quaque doloribus  
 Quis est nulla maris , nulla Noti vis violentior.  
 Gnatis ingenuis interitum Patris & Auspicis  
 Aequo ferre animo , non madidis difficile est genis.  
 Virget , nam vehemens caussa subest , lacruma lacrumam ;  
 Fecundusque sui multiplicat se dolor & nouo  
 Quocunque intuui fandapilae glifcit & anxios  
 Itus in tenero ac sensibili corde redintegrat.  
 Atqui perpetuum ftere iuuat , Pierides , Virum ,  
 Cuius nobilior pars , loca nunc fiderea ambulans ,  
 Sese Iugubribus surripuit casibus , & colit ,  
 Ruptis carceribus corporeis , aethereas domos ?  
 Non plorare , reor , perpetuum illas decet , aurea  
 De caeli arce sui Praefidis heic candidioribus  
 Immisti monitum spiritibus si satis audiant :  
 Alterna facie , nunc hilari , nunc miserabili ,  
 Sors , mentita suam saepe fidem , ludit homunculos ;  
 Et rerum sapientissimus ille Arbiter omnium  
 Naturae hoc mutuo consuluit prouidus ordine .

Lae-



Laetis tristia quod , quod nivis occuluit nigra ;  
 Defaecata pios heic animos & metuentia  
 Dissolui saturant gaudia , eosque insatiabiles.  
 Audiure . Fugit praepteribus non remeabili  
 Alis cura via . Diffugunt & dolor & paor ,  
 Illorumque comes anxetas luridior fugit.  
 Laetae desinimus nunc lacrumarum & quaerimoniae.

### Dithyrambus

F R I D E R I C O ,

Regnum Daniae & Noruagiae Heredi,  
 ipsis Idibus Iuniis ccccxxxv una cum Patre Rege Altonam ,  
 ibique adolescens Gymnasium Regium Academicum inui-  
 senti dicatus.

R umpe , Musa , rumpe durum  
 Vinculum silentiorum !  
 Parce laeta nunc quaerelis ,  
 Luctuique fleruique  
 Eiularionibusque ,  
 Et voluptatis voracem  
 Impera morositatem  
 Res sibi suas habere !  
 Omniibus frontem capratam nubibus nunc explica !  
 Exfulent lamenta , planctus ,  
 Et tumultus naeniarum !  
 Solve moestas corde curas ,  
 Et iube redire risus ,  
 Multitudini iocorum  
 Blandientiumque trigae  
 Alligatos Gratiarum ;  
 Vnionibus notanda  
 Haec dies felicitatis mille vota postulat.

C

Mille



Mille , Musa, funde vota ,  
 Mille gratulationes !  
 Mille fausta funde verba !  
 Haec enim dies serena ,  
 Terque & amplius beata ,  
 Qua diu desideratae  
 Aduolant nostrae Salutes ,  
 Mille votis , dite plausu ,  
 Digna haberur, digna mille gratulationibus.

Magne Magni Natae Patris  
 Magne Friderice, salve !  
 Insularum Danicarum  
 Cimbricaeque Chersonesi  
 Sol , Salus , Corona , salve !  
 Qui tua descendis arcto  
 Et remota rura nostro  
 Altonanique recta  
 Millies effagirato nunc aitore perpluis.

Euge , ades , stipatus alma  
 Gracie caeli cohorte !  
 Euge , ades , tanti Parentis  
 Dignus & prouinciarum  
 Totque regnorum anteorum  
 Iugis aequae faustitatis  
 Et piae virtutis Heres ,  
 Fautor emnius bonorum ,  
 Eruditorum Patronus , cuiusque Gaudium !

Surge , Musa , per virentes  
 Blande per superbientes  
 Quos benignus lambit Albis ,  
 Quosque mulcer Eurus , hortos  
 Quaere flores , carpe frondes  
 Adser herbas , nepte feria ,  
 Cinge candidos capillos ,  
 Et rubro decora vultu  
 Friderico Maecenati mille plausus occisus !

Parco





Parce nunc Maroniano  
Alligare verba nodo ;  
Parce ! Molliora blandi  
Sume plectra Sarbieui ,  
Aut Catulli delicati.  
Mitte bella , differ arma ,  
Hospitisque Dithyrambi  
Plausibus licentiosis

Vrbis Altonauiensis laeta tecta persona.

Parce nunc Horatiano  
Ingredi graui cothurno ;  
Parce ! Lenius canentis  
Tende barbiton Boethi ,  
Aut Borussici Sabini ;  
Mitte daftylos sonores ,  
Tinnulisque Dichyrambi  
Vocibus rotundioris

Altonauiensis Echo prouoca Gymnasi.

Vos item , quorum medullis  
Haec dies tenerrimarum  
Euocarrix gratiarum ,  
Architecta gaudiorum ,  
Dulcitudines easdem  
Liberaliore dextra  
Et laboriosiore  
Ingeri curauit ore ,

Ad locupleranda nostra veta fuscitamini !

Impedite ludibundi ,  
Gaudibundi flexuosos  
Impedite crinis orbes  
Gemmis florum corollis  
Et rubellulis corollis ,  
Suane olenibus corollis ,  
Quéis rosata , quéis rubeta ,  
Quisque diues arboreta

Sparsit aestas , sparsit altor veris imber fertilis.



Nec manus sinu quiescant !  
 Diligenti per sonoram  
 Barbitum migrate plectro ,  
 Et loquaces vngue chordas  
 Irritantes eruditio ,  
 Hinc & hinc mouete dextras ,  
 Hinc & hinc ciete cantus ,  
 Hinc & hinc clamate : Salve !

*Fridericu* mille nostro quisque plausus occinat !

Occinuntur. Et propinquus  
 Lene murmur addit Albis ;  
 Occinuntur. Et cachinno  
 Ter quater reuerberatae  
 Pressus aer ridet Echus ;  
 Mente nam precamur vna  
 Ore nam precamur vno :  
*Fridevice* , viue longum !

Spes , Salus , Decusque nostrum , viue felicissime !

### Phaleuci

**C**ui dono Hendecasyllabos ? Deorum ,  
 An dextris hominum eruditiorum ,  
 Quot iam cumque datum est habere nasum ,  
 Firme pectore , ferreaque fronte  
 Nullo pumice trado laevigatos .  
 Nullo spiritu amabiles Phaleucos ?  
 Si quando hos legeret Catullus , ille  
 Cunctarum pater elegantiarum ,  
 Et terfae Dominus latinitatis :  
 Suffenum , puto , & omne non facetum  
 Rus clamaret ab inferis redire .  
 Iridens pede vtroque Martialis ,  
 Quem quinquam sua Bibilis racebit .  
 Huic accederet , huic recentiores  
 Illi vatum oculi , Secundus ille ,  
 Bencius , Rhodomannus atque Cordus .

Bers-



Bersmannus , Fagiisque Lipiisque ,  
 Barlaeusque , Melissus & Sabinus ,  
 Taubmannusque Caseliusque , vterque &  
 Burmannus , nimium latrans vterque ,  
 Irricabile vt & poeta semper !  
 Sarbievius , Heinsiusque , Belgis  
 Hic in deliciis , Lechis vt ille ;  
 Göttingenium Amor dolendus ille ,  
 Gefnerus , stupor orbis eruditus ;  
 Nec non Lipsiadum decus coruscans ,  
 Doctus Christius incitare chordas ;  
 Ille & Schwarzius , inclutus poeta ,  
 Et lux fulgida Norici Lycei ;  
 Et Morhofius ille Muhliusque ,  
 Pindo Cimbrico vterque carus olim ;  
 Et Baumgartenius profundus ille ;  
 Et musis Avenarius sacratus ,  
 Praecox ingenium & poeta suatus ;  
 Ante omnes quoque Klotzius celebris ,  
 Splendens gloria Fridericianae ,  
 Maior qualibet altiorque laude ;  
 Omnes hi , reor , hos meos ad unum  
 Spernent Hendecasyllabos amusos .  
 Cui donabo igitur meos Phaleucos ,  
 Non lauroe hederae comprobando .  
 Totos languidulos , minus venustos ,  
 Totos frigidulos , minus politos ,  
 Plenos ruris & inficiarum ,  
 Immo rure rudi inficiiores ?  
 Quisquis nolueris , tibi Phaleucos ,  
 Aut laeto Harpocrati , volo dicatos ,  
 Aut & tardipedi Deo Iubenter  
 Scaeuis ignibus offeram vstulando .

## IO. EVSTACHIVM GOLDHAGENIVM,

Scholae Cathedralis Magdeb. Rectorem meritissimum,

Amicorum suorum integerissimum,

Aurora Musis ac praecipue poetis amica.

**O** rem ridiculam ! magisque flendam !

Ignartum usque adeo beatitatis

Est mortale genus ? molestiores

Ut feliciter Hesperi trahantur

Horae : non sine gaudiis palati

Mensas pontificum struunt, iisque

Plena lance dapes ferunt opimas.

Illam pampineus coronat orbis,

Ipsique impediunt comas corollis ;

Et sic ingenui merum, sodales

Spumans insatiabile ore ducunt,

His voces leuiter proteriores

Addunt & numeros procaciores.

Discinctus, bene feriemur, inquit

Nepos, integra dum viret tenella

Haec aetatula amabiles per annos ;

Comburamus, euax ! diem hunc, sodales !

Sic fregisse diem iuvat morantem,

Sic planctus fugient & eluerit

Vitae carnificina, cura, vino ;

Curas dissipat Euius minaces.

O rem ridiculam ! magisque flendam !

Istas credere vesperas beatas,

Quis inflare leues datur cicutas,

Et chordis sociare Dithyrambos,

Ad quos Bassaris ebrio rotata

Exerceret rabidas gradu choreas,

Bacchanalia viuit impudica,

Lasciuisque agitata corde flammis

Per noctem reliquam litat Cytherea,

O rem ridiculam ! magisque flendam !

Dum collo madido boves reuertunt,

Scurra

Scurra ac Ardolio, hisque si repertum  
 Abiectum est mage, confluent; ligonem  
 Ponit fessor, & omne non facerum  
 Rus confidit olentis ad lucernae  
 Fumum, folidia dicta, fabulasque  
 Mendaces memorat, canique nugas,  
 Vix fusis mulierculisque dignas.  
 Sic fulvo pretiosius metallo  
 Tempus dilapidare quem putares?  
 O rem ridiculam! magisque flendam!  
 Ni fallor, sapientior poeta est,  
 Functus rite laboribus diei,  
 Dum claudit pecudes ouile pastas,  
 Ad sacras citharae reuersus artes,  
 Et mentem meditatione sancta  
 Distractam reuocans suos ad ortus,  
 Si totam iubeat filere terram,  
 Et solum iubeat patere mundum.  
 O prudentibus Hesperos beatos!  
 Cui peccus sapit, his quietus actis,  
 Ad somnum properat; refecta somno  
 Tollens membra tenaciore lecto,  
 Nervos sollicitat lyrae loquaces,  
 Et laudat, redeunte sole, Solem  
 Illum Iustitiae, Patremque lucis.  
 Felix ille, quater beatus ille,  
 Qui moeroribus anxiisque curis  
 In pluma remaneatibus, rrectis  
 Rebus cum vigili cubile certat  
 Pigrum linquere Phosphoro, & canora  
 Vix audita ave, concinit. Fugantur  
 Paullatim tenebrae iugis ab altis  
 Coeca cum nebula; cadique menti  
 Quicquid tristius haeserat superstes.  
 Exit rura petens, locum reductum  
 Optans, qui resonet suum Iehouam.  
 Tunc sol reliquis adhuc marinis  
 Rorans in tepido flagrantiores





Ignes pectore alit , mouetque flamas .  
 Heic quot progrediens terit recentes  
 Aurorae lacrumas madente planta ,  
 Tot cernit speculis suos amores ,  
 Tot cantat numeris suos amores ,  
 Olim sic cecinit , reor , poeta  
 Iessaeus , Solymas sacras per oras  
 Errans , & iuga pinguis Hermonaei  
 Carmelique super niuale tergum  
 Formosis spatiatus in viretis ,  
 Qua circumfluius el-gante ripa  
 Singultantibus euolutus antris  
 Jordanes sonat , & remururantes  
 Sese fluctibus adloquuntur vndae .  
 Certe hac quisque fruens amoenitate ,  
 Aut praecordia duriora saxe  
 Fert , circumdata triplici metallo ,  
 Aut fertur numero insolentiore ,  
 Mistus lauricomis repente turbis .  
 Quod si forte fuit poeta dudum ,  
 Invitat citharam ad suos nouandos  
 Lusus , & iuuat eruditore  
 Vocem pollice ; sique cantat , omnis  
 Arbor quod stupeat , quod omnis vnda ,  
 Auriti lapides quod insequantur ,  
 Pratis praeferat immemor iuuenus  
 Herbae , agnique lupus ; quod & Deorum  
 Aures mulceat . Vt iuuat , refecto  
 His ferclis animo , manus diurnis  
 Exercere laboribus , beatas  
 Et tantum niueas videre luces !  
 O tales niueas & auspicatas  
 Si semper licet videre luces !

---

Ad





Ad

## IO. ERNESTVM GRAEVIVM.

**A**nnon iam satis est silentiorum,  
O Tu , portio pectoris Richardi.  
Dilectissima , somnulente Graeui ?  
Num forsan tua musa dulce dormit ,  
Aut colles Heliconis otiosa  
Nostrique immemor otii , peragrat ?  
Dum tu , quae iubet Vlpianus ille ,  
Ille & Iustinianus Imperator ,  
Librorum heliuo discere adlaboras ,  
Et mysteria rituum Quiritum  
Graiorumque recludis ipse mysta  
Dignus Iustitiae Deae sacrorum ?  
Alterna requie quis est , carere  
Qui possit ? Variatio iuuabit .  
Horarum quoque danda pars amicis  
Expectantibus elegantiores  
Flagitantibus aestumatiores  
Fetus ingenii tui togatos ,  
Festiuosque manus tuae labores  
Iucundosque lyrae tuae sonores .  
Hinc , quas gestio litteras videre  
Abs te , terque quaterque suauiabor .  
Dic , o portio pectoris Richardi  
Dilectissima , multum amate Graeui ,  
An sit iam satis haud silentiorum ?

Ad

## H O C H S T A E D T E R V M.

**Q**uam laeuae malefanus error Euae  
Serpentisque dolus , manusque laesi  
Regis fulminibus graues , Adami  
Immisere nepotibus misellis

C 5

Mor-



Morborum omnibus orbis incubantem

Nostris nunc regionibus cohortem,

Largum haec flagitat Aesculapiorum

Prouentum, Podaliriosque plures,

Credo, flagitat eruditiores,

Quae feliciter en tibi lapillis

Lux haec candidioribus notanda

Nomen gestit, Apolline adnrente,

Inimicere tuum celebre, & olim,

Hochstaedtere, celebrius futurum.

O quae gaudia, quanta, quae so, Phœbi.

Digno gaudia filio recepero

Pertentane racitum piunque pectus!

Ergo callidus eius arte perges

Vulgus spernere nauseas Hygeam,

Iratamque, perite Amice, mortem

Tu, ne corripiat gradum, vetabis,

Ergo, quae redimit tuos capillos,

Laurum gratulor hanc Apollinarem.

### Vota nuptialia.

**V**incli foedera, Sponse, coniugalis

Quum recens in eas, tibique amore

Non sane illepidam nec inuenustam.

Iungas, Eusebieszque Palladisque

Corculum, blandidulam, tenellulamque

Virginem pacifcompam & elegantem:

Nifus Euryalo quid vsque promam?

Aurum det tibi copiosus auro,

Det gemmarius arefex Iaspis;

Nuptiis ego tale mitto donum,

Quale mittere nos solemus omnes,

Quorquot Castalis rigamur vndis,

Quorquot Pierium nemus subimus,

Nempe charteum. Habe! Faueque porro!

Hoc

Hoc optant gracieles tibi Phaleuci,  
 Votis omnibus ipse quod precaris,  
 Sponsulaeque, sibi vouet quod ipsa.  
 Et, quos filiolos torus refunderet,  
 Patriare det arbiter, polorum !  
 Et, quas filiolas torus refunderet,  
 Det matrescere ! Quid nouis maritis  
 Luce hac aut melius darem, aut habebam ?

Ad

## H E R Z O G I V M.

**L**aeti gaudia nescio diei  
 Pectus jam noua quae meum facillent.  
 Caussas sentio, sentio meorum  
 Ciuium decus intègerrimorum  
 Ipsorum meritis datum, quod vno  
 Opto plus maneat perenne saeclo.  
 O Tu, quo mihi carior fodalis  
 Nullus, quo mihi dulcior fodalis  
 Nullus, quo mihi doctior fodalis  
 Nullus candidiorque nullus existat,  
 Quo plausu excipiam tuos honores ?  
 Quas lauro impediam tue corollas ?  
 Quis te laudibus, o Amice, tollam ?  
 Laudes non dabo, non dabo corollas.  
 Cedrus non humiles amet myricas.  
 Est laudis generix tua ipsa virtus  
 Nequit ferta tibi manu lubente  
 Laetabunda cohors nouem fororum.  
 Has tanquam volo gratulaciones  
 Reichardi accipias cui, quibusquis  
 Siccis carminibus probatores.  
 I nunc ditior ad tuos penates,  
 I nunc doctior ad tuos amicos !  
 Aegrorum patriae tuas querelae  
 Conclamant Podalirios, Melampus,  
 Et Machaonias manus salubres.

Ad



Ad

## Z I M M E R M A N N U M.

**I**ucundissime & e meis amicis  
 Antifans mihi millibus trecentis,  
 Zimmermanne, iubebis ergo doctos  
 Et dulces comitum valere coetus,  
 Qui te plus oculis suis amarunt,  
 Et quos plus oculis tuis amasti?  
 Consummatus abis, &, absolutis  
 Heic cursu stadiis, ad ampliores  
 Illustresque magis, magisque dignas  
 Tantis ingenii scientiisque  
 Festinas sapientiae palaestras.  
 Paludatus abis & inter arma  
 Plus una cataphractus arte miles,  
 Et palmas tibi laureasque, frontis  
 Doctae praemia, nominisque laudes,  
 Doctae praemia ventilationis,  
 Comparare viriliter laboras.  
 Te, quod gaudeo patriae mihiique,  
 Praeclarum video decus manebit,  
 Immortale tibi quod ominamur,

Ad

## I O. H E N R. L Ü T G E R V M ,

Generum &amp; Collegam suum carissimum, coniunctissimum.

**S**i mecum placide meridiari  
 Sub taxis liber cuiusque lotis  
 Mi Lütgere, parum deambulatum  
 Rus ad me venias, ut oriofis  
 Aerumnaque scholaistica solutis  
 Argutus reciter puer libellos,  
 Electos & amabiles libellos  
 Plauti aut Eutropii, Aeschyli aut Homeri,

Flacci

Flacci aut Virgilii , Ennii aut Terenti ,  
 Vel quodcumque bona simillimumque est .  
 Tunc quasdam volo collocutiones  
 Tecum texere , donec aestuosus  
 Frangat se calor ; hinc sedens in herbis  
 Dulci vina refrigerabis vnda ,  
 Qua buxos rigat alluitque myrtos ,  
 Qua piros rigat alluitque malos  
 Nostro lympha scaturiens in horto .  
 O iucunda beatitudo vitae ,  
 Libros inter & optimos amicos ,  
 Quos iungit bona Comitas & vnâ  
 Delectatio rebus ex iisdem ,  
 Et musae veneresque transmarinae !  
 Salve villula , gaudii creatrix !  
 Gaudie villula ! Quam tuum libenter  
 Inuisio nemus ! Ecquid aestimandum est  
 Curis esse beatius solutis ?

### Gamelium.

Nomine alieno.

**A**deste , o Veneres Cupidinesque  
 Et mixtae Charitum choro decentes  
 Nymphae , tuque iocos amans iuuenta ,  
 Et Concordia , Faustitas , Salusque ,  
 Laerae blanditiis facetiisque ;  
 Quorquot numina amoribus iugalis  
 Gaudetis thalami , sacrisque taedis ,  
 Adepte , atque nouis fauete sponsis !  
 Vestri delicii , meae Sororis  
 Tandem peccus amoris igne feruet .  
 Fausto haec auspicio fauentis ardet  
 Caeli nubere florido marito ,  
 Myrti praemia strenue ambienti .  
 Hunc plus illa oculis suis amauit ,

Hunc





Hunc & semper adusque mortem amabit,  
 Fidae ut rite viros amant maritae;  
 Hanc plus ille oculis suis amavit,  
 Hanc & semper adusque mortem amabit,  
 Fidae ut rite viris mariae amantur.  
 Auditis calida illa Sponsi,  
 Qui tanto valer haud valere ab aestu,  
 Quin multum repeatat tremente lingua:  
 O nox pronuba, nox diu experita,  
 O nox dulcicula, o bonae tenebrae,  
 Tenebrae mihi luce cariores,  
 Sponsam quando meam & suauitatem,  
 Sponsam delicias meas honestas,  
 Cer, vitamque meam mihi adferet?  
 Quin prodit noua nupta, tora blanda,  
 Promta & vulnera corculi leuare  
 Et per gaudia mutuosque lufus  
 Exhinc vnamimes souere somnos.  
 Ambo hos lege sacra atque amore vinclis  
 Deprendat radiatus ora Phoebus,  
 Et quum prouehit aureas quadrigas,  
 Subit quumque cubile Gaditanum,  
 Ludentes simul & simul iocantes.  
 Ante Albis refluat, bibantque Tigrim  
 Chauci & Saxones, ante vel salinis  
 Nobilis patria omnibus careto,  
 Hos quam soluat amor, bonumue desit  
 Vnum illis animaeque corporisque.  
 Adeste, o Veneres Cupidinesque  
 Et mixtae Charitum choro decentes  
 Nymphae, tuque iocos amans iuuenta,  
 Et Concordia, Faustitas, Safusque,  
 Laete blanditiis facerisque;  
 Quorquot numina amoribus iugalis  
 Gaudetis thalami facrisque taedis,  
 Adeste, atque nouis fauete sponsis!

---

 Iambi

Iambi & Scazonites.

Ad Publicanum,

quem Christus Luc. XIII. exemplum proponit.

**Q**uid, publicane, quid moraris eminus?

Nunc est tibi, quod sis Celaeno, cognitum.

Ipsum vereris ergo surpias Deum.

Quid est, quod impium caput non erigas?

Videris ora ferre Gorgonum tibi,

Sed non cupis mutarier poli genus.

Quid dextra pectori rot iustus expedit?

Expostulas, quae monstra subdolum fouet.

Deus necabit ista. Iam te prouocat.

Quid, publicane, quid moraris eminus?

In Amicos fures temporum.

**M**inis poeta mille fulminaturus,  
Iratus, ecce, bile turget inflata,  
Quam fundet ore detonante. Iam pectus  
Influstrata concitum fremit flamma.  
Per omne corpus gliscit ignis. Ad bella,  
Ad arma poscor. Armiger poetarum,  
Adesto Scazon acer, & dicam scribe  
Meis amicis! Mira res! Satin' sanus,  
Miser poeta, qui Tuis diem dicas?  
Plorare amicos qui iubes, quid hostili  
Turbae relinques? Pernegat sibi vates  
Discordiam esse vel fuisse cum quoquam  
Terra inquilino, sed sati tamen sanus  
In ius vocandos autumat, sibi quotquot  
Vincis amoris iunxit haud resoluendis.  
Sunt tantum amati, quantum amabitur nullus;  
Et, quod stupefas, arguam reos furi  
Furesque quoquis pignore esse contendam.

Ergo





Ergo ambulate in ius , latrunculi dulces  
 Et postulate iudices patronosue ;  
 Caussa cadetis interim tamen vestra.  
 Qui gemmam & aurum surpuere , sunt fures ;  
 Qui viliora surpuere , sunt fures.  
 Gemmis & auro cariora qui tollunt ,  
 Venale nulli numis qui clepunt , credo  
 Furantur omnes. Ergo quis negaturus ,  
 Gemmis & auro & vniōnibus , regum &  
 Ditissimorum & Attali celebrata  
 Croesique gaza carius mihi tempus  
 Quos surpuisse non pudet , reos furti  
 Atrocis esse ? Et hoc tamen cadit crimen  
 Eos in omnes , quos amore complecti  
 Deliberato , & aestimare permagni  
 Mihi statutum est , laeta dum fruar luce ,  
 Dumque hos mouebit artus spiritus viuak ;  
 Licer dierum noctiumque cunctarum  
 Contractiores hi latrunculi reddant  
 Impendiosis fabulis suis horas.  
 Nam quas benigno nisu amabiles fures  
 Furantur horas , has ego in lucro ponam .

---

### In obitum

LINNENERI,  
 filii vnic*i*.

Nominē alſeno,

**Q**uot neniae tibi fuere dicendae ,  
 Lindneriana nobilis domus , Iustris  
 Duobus ? Heu moeroris haud vides finem !  
 Adhuc superstes vnicum decus , gnatis  
 De quattuor Parentis optimi sola  
 Spes , inclitaque stirpis vnuis hic ramus  
 Effertur in primordio sua , veris ,  
 Aetatis , atque vere iam nouo , Phoebo

Aequan-

Aequante noctes & dies suo cursu.  
 Cultor fuit iuris, quod hic colit mundus,  
 Dilexit alia Leucoris probum natum,  
 Patri & remisit, reddere suo tandem  
 Maiore lucro. Sic sed est Deo haud vistum,  
 Nec omnium rerum queunt dari caussae;  
 Ad se recepit hic in orbe discentem,  
 Ut inter angelos suosque Maiores  
 Viuens beatos coelites doceretur,  
 Quae neminis mens concipit nec agnoscit  
 Stupore vel contemtione deflenda.  
 Beate, macte honoribus brabeisque  
 Probaeque vitae diligentiae & sanctae;  
 Simulque macte gaudiis nouis caeli.  
 Iam docto audis noster. Omnium es gnarus,  
 Quae discimus, nec nouimus satis recte,  
 Ex parte si scimus, quod anxia cura  
 Multo & labore scire credimus tandem,  
 Sed saepe falso. Prima frons capit mentes  
 Sibi relietas prosperis nimis rebus.  
 Tu cuncta despicias, Tuis, vale dicto,  
 Graues creas, ut vinci solet gnatii  
 Acerba iure mors ciere, tot flerus  
 Nobisque, qui praestamus hoc quod heu! cogit  
 Necessitas & debitum, alt pium munus.  
 Arena mollis te regat! Tuum nomen  
 Vigebit inter nos superstites semper.  
 Sed te, domus Lindneriana, soletur,  
 Lustumque dissipet Dei manus magnum,  
 Sicutque pulsis nubibus dies clari!

---

### Paraenesis ad iuuentutem scholasticam.

**M**entis tumultus, ite! vana curarum  
 Mergenda vallis ite fluctibus ponti!  
 Nam vanitarum exosa turgidam tricis  
 Mentem Camena, certa diligit curis

D

Doctae





Doctae vacantem Pallados , sacris curis.  
 Tibi , Iuventa , iam loquor , Magistrorum  
 Sani cerebri semper audiens dicto .  
 Ineptiusque lusibusque mature  
 Sapiens remittit nuntium , salis quicquam  
 Si molle celat pectus ; abdica Bacchum ;  
 Horrente peius viperam voluptratis  
 Sirena vita ; blandientium cantus  
 Seclerum perosus , linea Honestatis  
 Modeltaeque transcas caue ! Virtus  
 Ad astra tendit , tartaro scelus inuictat .  
 Abominandam hinc somnolentiam linguis  
 Voluasque libros obsecro reuoluasque ,  
 Quum surget Eos , Hesperungo quum caelo  
 Diffunder astra , quumque feruidum tanger  
 Medii diei circulum iubar Phoebi .  
 Orbes nitentes , quoefo , lumen vanis  
 Auerte , somno detrahe , impigra dextra  
 Calamos & arna , sanior quibus pubes  
 Expugnat ares daedalas Atritoaes ,  
 Moue ; mouenti gratiam Deus spondet  
 Suam benignam . Vlto Deus laborantum  
 Semper spondit ordini omnium riuos  
 Felicitatum , at feriantum noctes .  
 Diesque pigra ventus auferet vota ,  
 Laetoque ludum iugiter dare adfueris  
 Como & Vacunae depluent ab irato  
 Ingrata caelo damnâ . Non Honos , Virtus ,  
 Doctrina , Fama mollibus cubant plumis ,  
 Frustraque venter otiosus expectat  
 Assas columbas , quas in ora deportent  
 Autri fauentes . Impigre laborandum est !

---

Car-





## Carmen consolatorium

ad Parentes denatae filiolae.

**A**mice tristis atque Collega intime,  
 Tuaenae cogor facere lessum filiae?  
 Funebraeque carmen exarare Barbarae,  
 Illi puellulae optimae , illi flosculae,  
 Illi osculo , illi suauio , illi gemmulae ,  
 Medullulae Charitum , Parentumque animulæ?  
 O quam graue his humeris onus & impar leuo!  
 Carminis enim auctori canendum est inclito  
 Carmen ; ferendæ nempe Athenas noctuae.  
 Hinc mitigandus est patri a non patre dolor,  
 Quo maior haud cor anxium lacit aut lapit,  
 Non cura , non aerumna maior est iecur.  
 Tenella siquidem & corda nobis indidit  
 Natura , qui a cunabulis , reor , sumus  
 Bonarum & artium , bonarum & partium,  
 Illamque credibile est tibi , cui de luto  
 Meliore Titan fixxit olim fiscera ,  
 Thyro acriore hausisse pectus nobile ,  
 Ut amore maiore sobolis tuae flagres ,  
 Magisque lentis macereris ignibus.  
 Nec carmen asciare Aperta modo finit ,  
 Vocatus etiam ; neque nouensilis mihi  
 Turba adnuit , nec respicit me hoc puluere ,  
 His occupationibus scholasticis ,  
 Multum quibus moueo , ipse promoueo parum ,  
 Dicendum aliquid est tamen ; & est cum flentibus  
 Elegendum atque moerendum acriter cum talibus  
 Moerentibus , dicam , an merentibus viris .  
 Etenim redundans eum capitis alti dolor  
 In membra subiecta huc & illuc diditur :  
 Sic fas erit , doméstico ut luctu tuo ,  
 Nos quoque , quibus das iura Rector inclusus ,

D 2

Ani-



❧ ❧ ❧

Animumque nostrum stringat aegrimonia  
 Et hasta mortis vulnere aliquo pectora  
 Deguster. Eheu ! Vita tantum nomine  
 Vita est , reapse Labor (cothurnatus resert  
 Poeta) cui si fecit umquam aetas fidem ,  
 Adficta certe nostra tempestas facit.  
 Conterimus aeratem gemiribus. Publice  
 Circumstat horror nos futurorum ob metum ,  
 Angore cor praesentia coquunt , memoria  
 Reractat acta cum stupore tempora.  
 Neque id satis. Priuatum habenis concita  
 In nos quasi avicta calamitas vndeque ,  
 Teloque capita mors petit carissima.  
 Sed habet bene. Piis omne cedit in bonum ,  
 Licer malum sit maximum & grauius nece ;  
 Nouisque bona Deus e malis extundere.  
 Hinc ille Barbaram tenellam prouidus  
 Subduxit instanti procellae ac turbini  
 Vitiorum & aerumnarum ; & Agni sanguine  
 Tindae dat , ut trieteride acta messibus ,  
 Inquam , tribus , denisque mensibus .  
 Terque insuper vernis quaternis solibus  
 Clausis solo , viuat polo , Christi in sinu.  
 Hoc tibi patri , Mullere , quip parentibus  
 Vtrisque curam emoueat ; hoc lacrumas genis  
 Abstergat ; hoc solatium menti adhibeat ,  
 Caelestibus menti recocet ab ignibus ;  
 Hoc ipsum amici , in arduis certissimi ,  
 Summi simul , medioxumi , imi suggestur ;  
 Quos inter anser velut olores ego strepens  
 Si versibus feci minus mihi satis ;  
 Certe tibi officium placebit amiculi .  
 Sic filiae superstites Matrem , precor .  
 Sic filii referant superstites Patrem !

---

Odae.



\* \* \*

## O d a e.

Ad

A V G V S T . G O T T L I E B E V E R S ,  
ad Aedem S. S. Ulrici & Leuini apud Magdeburgenses Pasto-  
rem fidelissimum.

Iсаacus immolandus ,  
Christi pro nobis immolati typus.

**I**nominata scripsimus alite ,  
Nos antea quae carmina scripsimus ;  
Poeta iam sacrum mouebit  
Auspicio meliore pleatum.

Amphrysus omnes , flumine quos vehit ,  
Mutos olores obstupuit , neque  
Beatus Eurotas canoras  
Audit Io ! resonare lauros.

Albim relinqu sub pedibus nigrum ,  
Ferorque vates per liquidum aethera.  
Ad surgit , ecce , adsurgit Hermon ,  
Et Libani iuga miror alta.

Attingo iamiam culmina montium ,  
Iamque ad Cidronis murmura tubrici  
Resido spectator nouorum  
Attonus tacitusque Tempe.

Aurita circum flumina vitreis  
Plausere palmis , barbiton heic suara  
Poeta caelestem arte rara  
Iſaicus quoties terendit.

Caelo tonantem , fallor ? an audio  
Deum loquentem ? Non , puto , fallimur.  
Abrame , poscit sanguinem ara ,  
Surge , age ! Surge , age ! & Iſaaco





Cultrum facerdos subiice filio !  
 Mox Abrahamus surgit , & vnicum  
     Offert iubenti natum , & heros  
         Intrepidus struit atra ligna ,  
 Infons puerus , viitima , quae tulit.  
 Ignarus idem , mi pater , est , ait ,  
     Ignis tibi , est culter , rogusque est :  
         Agnus abest tamen immolandus.  
 Nec anxie tu quaesieris , sibi  
     Monte in Moriæ repperiet Deus ,  
         Dixit pater . Sacris paratis  
             Filius ore fauet . Sed ipse  
             Vincitur . Ensem stringit Abram improbum .  
             Ciamante Ioua : Define ! Define !  
             Recondit ensem ; & iusit umbrae ,  
                 Ecce , meos oculos imago !  
             Mutata scena est . Quod genùs hoc virum ?  
             Quid nunc Moriæ in vertice curritur ?  
                 Quae multitudo ? Quaque turba  
                     Monitis utrumque latus tremisicit ?  
             Formidolosam num video crucem ?  
             Sic est . Parenti se pius immolar  
                 Natus Iehouæ . Quo vorago  
                     Me rapit haec sapientiarum ?  
             Tum iam saluti consuluit meae ,  
             Et Abrahamum hoc edocuit Deus ?  
                 O mira quanta ! Quantum amorem !  
                 Ipse Deo latus , alter Isaac ,  
             Parris voluptas , deliciæ arque amor ,  
             Parrique ad ipsam thorigerus necem ,  
                 Rem perditam nobis & omne ,  
                 Quod malus abstulerat priorum .  
             Error parentum , nec dare quiuerat  
             Labor neporum , restituit bonum .  
                 Quis , quaeso , quis tam durus , illum vt  
                     Haud colat , haud amet Isaacum ?

Psal-



## P s a l m u s C X X I X .

**O** ter beatum, quem Domini timor  
 Recto gubernat tramite, nec sacra  
 A lege diuersum salebris  
 Deuius infinuauit error!  
  
 O te beatum, quisquis es ! Adfatum  
 Nam te laboris, paupere quamlibet  
 Cum sorte, fenus prosperante  
 Numine alet ; facilem ille large  
  
 Viustum ministrans, vt bene sit tibi,  
 Cornuque pleno copia suppetat,  
 Rumore vortant vt secundo  
 Quas geris & dabit vsque rerum.  
  
 Ceu vitis almas palmiti fertili  
 Maritat vlnos, aut viridi domum  
 Incingit amplexu stolonum :  
 Sic tua te sobolis feraci  
  
 Dabitib vxor germine liberum ,  
 Mensam ambientum , termite vti suam  
 Fallente numquam spem coloni  
 Arboarem oliua onerans coronat.  
  
 Haec sunt rimenti Numinis a Deo  
 Promissa vitae commoda , quae manent ,  
 Euentibus rerum inuidendis  
 Corde Deum ingenuo colentem.  
  
 Rector Sionis , caelicolum Parens ,  
 Lauto bonorum te cumulo obruet ,  
 Tuaque caufa ciuitati ,  
 Quam colis , esse probe iubebit.  
  
 Florente pacis quo Solyma bonis ,  
 Atque Israelis incolumi statu ,  
 Natosque natorumque cernas  
 Progeniem pariter bearam .





Ad Spiritum sanctum.

Parodia Horat. Od. Libr. I. Od. X.

**S**piritus viuax Superum potestas,  
Corda qui primi scelerata saeculi  
Voce tentasti grauis ad priores  
Flectere cultus;

Te canam, summi Patris atque Gnatii  
Vinculum, sacraeque lyrae parentem,  
Integros vitae facilem supernis  
Vngere donis.

Tu cui gazas & opes perennes,  
Per necem partas, manibus dedisti  
Liberis, numquam viduus benigna hic  
Luce vagatur.

At rebellantes, duce te, Sophorum  
Principes Paullus, minor ore cunctis,  
Gentiumque urbes, Satanaeque tela  
Igne vicit.

Tu pios restum per iter meantes  
Ducis, & verbi reliquos sonori  
Vi vocas coetus, ad opem his ferendam  
Pronus & illis.

Tu probos mores docili iuuentae,  
Manibus dulcem requiem bearis,  
Quin & aeternae dabis inter alia ac-  
cumbere mensae.

---

Ad

Ad

M. AVG. GVILIELMV M FERBERVM ,

Gymnasii Magdeb. Prorectorem ,

Amicum &amp; Collegam suum coniunctissimum.

**D**efluxere rosae , viduantur floribus horti ,  
 Horrea mœsis haber.  
 Aut dormit lassus , suspensa falce , colonus ,  
 Aut ad aratra redit.  
 Temperat a vernis senim Philomela querelis ,  
 Cumque sorore fugit.  
 Immortalia curemus monet apnus & almum  
 Quæ rapit hora diem ,  
 Nam simul aurumius fruges effuderit , ecce ,  
 Bruma recurrit iners.  
 Vere liquefecit hiems , ver feruida proterit aetas ;  
 Nil stabile orbis habet.  
 Damna quidem celeres reparant caelestia lunae :  
 Nos vbi decidimus ,  
 Quo ruit aeternæ male prouida turba salutis ,  
 Mors rapit atra suum.  
 Ille manus audias fugit Stygis , ille barathrum ,  
 Qui fugit altus humum.  
 Ille dies hilares cunctos ager , integra cuius  
 Mens petit alta poli.  
 Qum semel occideris , illoto & pectori faeces  
 Intuleris tumulo :  
 Nec te diuitiae , nec te facundia , nec te  
 Restituer pietas .  
 Vito summa breuis longis nos artibus omni  
 Cura inhiare iuber.  
 Quis seit , an adiiciat laetus , quibus utimur , horis  
 Tempora laeta Deus ?  
 Pallida mors aequo flores merit ense iuuentæ  
 Et capita alba fenum.

D 5

Mifta





Mista senum ac iutenum densantur funera ; lucro  
     Ponite , queso , dies !  
 Inuida , dum loquimur , ventis fugit ocyus aetas ,  
     Hora nec vila sedit.  
 Longae spem virae studium virtutis & artis  
     Velioris habet.  
 Musa vetat , virtusque vetat succumbere morti ,  
     Inuidiaeque truci.  
 Illi igitur sapient , Libilitinae surpere nomen  
     Qui didicere suum.  
 Sic sapis , o Ferbere , meos potis inter amicos ,  
     Nec sine laude Tapis.  
 Te iuvat adsiduo noctesque diesque labore  
     Apposuisse lucro.  
 Quosque alios fregisse dies lusuque iocoque  
     Non pudet atque mero ,  
 Hos Tu discendis linguis atque artibus omnes  
     Gnauiter attribuis.  
 Ausonio Graioque & Ebraeo differis ore ,  
     Differis , atque places.  
 Sunt perspecta Tibi placita & commenta virorum ,  
     Quos hodie colimus ;  
 Quos venerabatur Sapientiae amore calentes  
     Priscum hominum omne genus ;  
 Quosque omnis ventura etiam venerabitur aetas .  
     Nec Tibi Pegasides  
 Carmina blanda , sacro Pimplae , dictare recusant ;  
     Splendida nec veterum  
 Gestarum rerum insigni cum laude per orbem  
     Te monumenta latent.  
 Graecia quot , Latiumque quot exemplaria doceo  
     Protulit ingenio ,  
 Nocturna versare manu , versare diurna  
     Heluo nauis amas.  
 Perge , meae semper pars o carissima curae ,  
     Tramite , quo graden  
 Perge placere bonis , laus haec erit optima ; doctis  
     Perge placere viris .

Non



Non, si quid vatis veri mens augurat, omnis  
Sic moriturus eris.

Omne feres punctum, & feros superabit in annos  
Portio multa Tui.

---

### Ad Voluptatem.

Horatii Carm. Libr. I. Od. quintae,  
Imitatio.

**Q**uis caecus iuuenis pectora te suo  
Captus letiferis vrget amoribus,  
Pulere pieta voluptas?  
Cui bellaria praeparas

Fallax blanditiis? Heu quories merum  
Insanosque cibos flebit, & aspera,  
Dulci mista veneno,  
Exsacerabitur oscula,

Qui nunc te sequitur credulus, auream,  
Qui semper nitidam, semper amabilem  
Sperat, nescius sanguis  
Icentis! Miseri quibus

Ridens imprudis insidias struis,  
Quis aeterna meam laus animam indicat  
Extraxisse potentem  
Clementemque simul Deum.

---

### Auctores Statoresque Societatum litteraria- rum celebriores.

**Q**uod tibi numen placet eruditum  
Voce vel dextra celebrare, Musa?  
Quae nemus sacrum resonare docta  
Corda docebis?

Quem



Quem vitum aut heros fides sonabunt?  
 Quos canam autores Academiarum?  
 Pande, qui sint, qui tua protulerent  
 Regna, Sophia.

Quem per auritas viridesque filuas  
 Principem rupis Heliconis effert  
 Barbitos? vel quem loquitur iocosa  
 Voci imago?

Trans Tibrim forsan iuuat euolare  
 Ad Padum, quercusque Athesis, Tagique  
 Aureas ripas? vel ad Adriana  
 Littora tendis?

Ait magis ditem per Iberum, & Alpes,  
 Sequanam, Eurotam, Thamesin, Suēnumque  
 Ad Salae argutos rediisse & Elstria  
 Praefat olores?

Te canam, fas est, prius o Petrarcha,  
 Rhetor insignis facilisque vates,  
 Cui Linus myrtos fere Apollinares  
 Cedat, & Orpheus,

Trinacris Regem iuuat atque sanctum  
 Mytiae Romae dominum impedit  
 Laurea cuius nijueos corona  
 Rite capillos;

Vnde re maius nihil est futurum,  
 Nec fuit quandam simile aut secundum.  
 Proximae vero tibi sint, Erasme, &  
 Capnio, lauri.

Te tamen dicam potius, Luthere,  
 Teque Melanchthon; neque te filebo,  
 Balzaci, nec quem repertis Richelium,  
 Gallia, semper.

Nec minus dicam Rosium & Becherum;  
 Illum amat Gallus, colit hunc Britannus,  
 Namque naturae simul explicabant  
 Vimque modumque

Fran-



Franciae terras ferus horret error,  
Murciae hic templum ruit & Vacunae,  
Gensque, (nam quid non potuit Thuanus?)  
Dura politur.

Zefium post hos prius, an Valettam,  
Sive Sandrartum memorem, an Freheri  
Bauschiique artes, dubito, an Socini  
Et Loredani.

Ramum & Haraeum, Bosium, Baconem,  
Immo Spanhemum, & mage qui meretur,  
Franckii docto referam perennes  
Pectine laudes.

Altius surgas, mea Musa, ad aulas  
Auoles regum! Quid & hic quibusuis  
Artibus faustum fieri atque felix,  
Rite ministres!

Quam pium Ernestum recinunt Gothani!  
Quam suum iactant Carolum Britanni!  
Quimque Christinam Suecia exultit, Flo-  
rentia Cosmum!

Nonne vos, Galli, Ludouicus ille,  
Vos, Sueci, prudens Fridericus ille,  
Vos Petrus, Russi, insectiae tenebris,  
Eruit altis?

Nec suos Dani, puto, Christianos,  
Nec suos lenti Batavi Frifones,  
Optime de se meritos, omittent  
Tollere ad astra.

Iulium fidus Tulisurgicorum  
Splendet in caelo; magis at coruscat  
Guelphici nomen Caroli, quod heluus  
Occar adorat.

Talium heroum, fateor, manebit  
Nomen & virtus: tamen inter omnes  
Fama Friderici, video' o tui, exstat,  
Prussia, Magne.

Side-





Siderum præses , pater atque vindex  
Gentis humanæ , tibi cura Regis  
Esto Brennorum data ! Tu secunde  
Principe regnes !

Ille seu lenis sapiensque princeps  
Legibus iustis populum besrit ,  
Scriptor æternum sibi dum merendo  
Vindicat æuum ;

Seu tremendorum Senorum minaces  
Fregerit hastas catus imperator ,  
Seu citum fulmen truculentiores  
Fuderit hostes ;

Seu potens Pindi sibi sempiternas  
Nexerit lauros , studio sagaci  
Callidus vitae geminare aducta  
Saecula fama ;

Sive ab extremis reuocauerit oris  
Exsules Musas , & iis superbas ,  
Templa virtutis sapientiaeque  
Struxerit aedes .

Regnet in seros , precor , aequus annos ,  
Quasque alit clemens pater hic Camenæas ,  
Vsque amet clemens pater , atque auitos  
Mæster honores !

Ad

Ad

Gymnasi Regii Academicii Altonaniensis Gymnasiarchas,  
 BERNH. LEOP. VOLCMARVM DE SCHOMBVRG  
 &  
 IOANNEM BOLTENIVM,  
 ipso huius Gymn. Christianae Dedicationis festo  
 diē xxvi. Maii ccccxliv.  
 nomine Collegii Professorum.

**N**umquam quadrigis splendidioribus  
 Nec faustiori, credimus, omne  
 Titan inaurauit comata  
 Purpureo tua rura flore,  
 Pulcro rendens *Altona* fidere;  
 Nec, remur, umquam laetitiae dies  
 Te plenior, feliciorque  
 Lumine munifico reuistit.  
 Hac luce demum surgis & aureae  
 Aeternitati traderis amplior,  
 Obliviosis euocata  
 Nubibus ac celebrata Musis.  
 Laetare! Musisque hospitium para  
 Felicitatum mater amabilis,  
 Minerua, nutu *Christiani*,  
 Musagene patriaeque patris,  
 Centum beatis septa cohortibus,  
 Sibi hic dicatas nunc repetit domos  
 Vultuque gaudet gratosque hue  
 Sidereo agitare gressus.  
 Intaminatis pulcher honoribus  
 Et sole puro candidus it dies,  
 Non vanus integræ salutis  
 Perpetuique decoris augur.

Tran.

Ad



Tranquilla rident Palladis agmina ,  
Solemnis urbem pompa perambulat ,  
    Spectaculum , testante plausu ,  
    Cuiibus hospitibusque gratum.

Nec nos supino languidi in otio  
Perdemus horas , nos , quibus haec deus ,  
    Deoque Rex dilectus istaec  
    Tanta dedit celebranda festa ,  
  
Per posterorum saecula Cimbricis  
Et , auspicatae si qua fides spei ,  
    Terris vicinis quotquot annis  
    Festa pio recolenda ritu.

*Ex Christiani munificentia*  
Diuiniore hoc munere diuites ,  
    Non visitato perciti oestro ,  
    Abripiente calemus igne ,

Laudesque Regis in meritissimi  
Se sentit omnis vis animi rapi ,  
    Qui sacra Musarum hic locauit  
    Aeria , Palladiosque postes .

Tanti sed o quis munera principis ,  
Fusasque larga diuinitas manu ,  
    Summasque virtutes in aetum  
    Per numeros , memoresque versus

Laboriosi carminis artifex  
Aeternet ? Aur quod barbiton audeat  
    Insigne nomen *Christiani*  
    Tollere ad astra satis sonore ?

Anhela quem iam Gloria feruidis  
Vtrosque ad axes , & populos super  
    Euexit alis , Altonani  
    Grande decus columnaque Pindi.

Creditis ? Io ! Credite , posteri ,  
Per *Christianum* vere adamantina  
    Auro resurgent saecula Danis  
    Omnibus , aurea saecula Cimbris.

Hinc



Hinc & Tuas, Rex, Phosphorus audiet  
 Laudes, easdemque audier Hesperus;  
 Noscere cunctis, quas salutat  
 Sol oriens moriensque terras.

Post Christianum Vosque legemini  
 Pars magna nostris carminibus, quibus  
 Civilium rerum sacrarumque  
 Auspiciis data summa Regis

In urbe cura est. Pergite, pergit,  
 Laetae Camenae, ferte citae lyras,  
 Schomburgiique illustre nostri  
 Bolteniique celebre nomen

Donate caelo, Thalia nomina  
 Inscripta caelo gloria sospitat.  
 Haec Lesbio laudare plectro  
 Haec fidibus celebrare Dauni

Semper decebit Pieridum choros,  
 Semper iuuabit nos, quibus haec licet  
 Bonaque Menti dedicata  
 Templa piisque aperire Musis.

Laudare fas est. Quanta etenim bona  
 His debeamus, quis valet eloqui?  
 Quis voce complesti labores,  
 Quis varias vigilesque curas,

Fructus quis omnes consilii & precum,  
 Quis vberantis flumina dexteræ  
 In nos refusa atque arua nostra,  
 Carmine quit memorare digno,

Gratesque dignas reddere talibus  
 Quis, quaefio, nostrum pro meritis poreft?  
 Honor poreft, Musis amicas  
 Gauder honor redimire frontes

Sertis perenni flore virentibus.  
 Qui fructuosis grande negotiis  
 Pectus probarunt, aut sagacem  
 Ingenuas animum per artes;



Quis ciuium ius , queis populi vigor ,  
 Stupata queis & mille salutibus  
 Minerua cordi est ; quique , ut arti  
 Consetet honos suis , adlaborant ;  
  
 Hos secum in auras tollit & aureis  
 Dignos coronat gloria bracileis ,  
 Sola sua virtute censos ,  
 Non opibus tumidoque luxu .  
  
 Plaudamus ! Io ! Gloria , cernimus ,  
 Insigne Musarum atque Togae decus ,  
*Schomburgium nostrum coruscum*  
 Ire iubet super astra curru ;  
  
*Schomburgium* , quem Candor & Aequitas  
 Et Fas coronant , cuique animus datus  
 Rerumque prudens & secundis  
 Temporibus dubiusque magnus ;  
  
 Qui , ciuitatem quis deceat status ,  
 Curans , eidem consulti optime ;  
 Vinbram hospitalem qui Camenis  
 Stormariae dedit in virestis .  
  
 Plaudamus ! Io ! Gratia fulgidu  
 Dēmissa caelo Boltenium , Sacrorum  
 Antistitem summe colendum ,  
 Nectariis satiare riuis  
  
 Beatitatis mellifluæ cupit ,  
 Plenisque rerum Copia cornibus  
 Viri inregri rectique laeta  
 Tecta beans subit inquilina .  
  
 Plaudamus ! Io ! Viuite , viuite !  
 Praeconiorum fama perennium  
 Manebit virumque ; o Patroni ,  
 Quisque sua decorande laude ;  
  
 Seruare nobis gaudia & otia ,  
 Litare gratae pergite Palladi ,  
 Doctamque deuincente vobis  
 Perpetuis meritis cohortem .

Ad



Ad

## S C H I L L I N G I V M.

**Q**uantum distet ab Attalo  
 Graiorum radians gloria , Socrates ,  
 Teftatur sapiens Bias ,  
 Natus Teuramidae commemorabilis ,  
 Qui capta fugiens domo  
 Secum duitias inde sacras tulit ;  
 Non illud repurans suum ,  
 Quod fors coeca dat , & mox dare denegat ,  
 Summi materiam mali ,  
 Nam magnam sequitur cura pecuniam  
 Maiorumque fames fera ,  
 Nec quem gaza beat diuitis Indiae .  
 Vrbs ast illa potens erit  
 Et princeps , reliquas exsuperans bonis  
 Quam manantia Delii  
 Vatis de cerebro flumina perflunt ;  
 Quam dulces Charites colunt ,  
 Spectantes placido lumine caelicum  
 Regem mollibus asperae  
 Nec se se imperiis illius applicant ,  
 Ceu quondam docuit suos  
 Galenus , medici praesidium chor .  
 Omnis namque labor cader ,  
 Omnis muſa Iouis , lentaque spes erit ,  
 Nullo nixa Dei metu ,  
 Nec laudes celebrans aetherii patris ,  
 Iacobi veluti domus  
 Derractum reprobis hospitibus sacris  
 Aurum dedicat vſibus ,  
 Sic mandante Deo : non aliter facit ,  
 Qui donis Charitum bonis  
 Late signa feret militia sacrae .  
 Quod tu nunc quoniam facis ,  
 Schillingi , patriae dulce decus tuae :





Ornaris merito nouis  
 Sertis , quae Clarius dat capiti Deus.  
 Laetus nunc igitur cape  
 Has doctarum hederas praemia frontium ;  
 Sis felix ter & amplius !  
 Crescat palma piis parta laboribus !

---

A d A m i c u m  
 Philosophiae Magistrum creatum.

**Q**ualem superbum robore puberem,  
 Quem mater aspris saeva laboribus  
 Adsueuit, inspecto virili  
 Indolis eximiae vigore,  
 Olim voluntas & noua gloria  
 Paruo parentis limine propulit,  
 Durique, iam lusu remoto,  
 Ingenuas docuere pugnas  
 Fortem sodales ; mox ad Olympicos  
 Ludos remisit viuidus impetus,  
 Et brachiis crudoque caestu  
 Et pedibus superare certum ;  
 Qualisue dirae iussa capessere  
 Iunonis olim dicitur Hercules,  
 Seu monstra Lernaeae paludis  
 Centuplicem iugulauit hydram ,  
 Seu mala captans Hesperidum sacra ,  
 Insigne ramis nobilibus decus ,  
 Mucrone truncatum corusco  
 Stravit humi vigilem draconem ;  
 Te laeta vidit Prussia frigidus  
 Quam lambit vndis Pregela limpidis ,  
 In verba iurantem feuera  
 Pieridum , placidasque leges

Sancte





Sancte coletem ; quum studiis bonis  
Te consecrasti non sine Numine ;  
Tantumque miratae vigorem  
Prussiacae stupuere Musae.

Sensere coetus attoniti diu  
Commilitonum , quid labor improbus ,  
Natura quid praestans valeret  
Culta probe , patruique tanti  
Praecepta , quem Mons Regius incluta  
Quem tota magnum fert Academia ,  
Collega carum quem , iuuentus  
Quem merito veneratur omnis.

Quis iusta digno praemia deneget  
Iudex iniquus ? Sume reconditum  
Virtutis ornatum , sacraque  
Cinge caput nitidum corolla !

Miraris hospes fulgida limina  
Sublatus arcis ad sapientiae ?  
Monstrumque sub duris nefandum ,  
Inscitiam , pedibus gementem

Miraris ? Auctus diuite copia  
Caeloque magnis latus honoribus ,  
Cinctusque sectantis iuuentae  
Agminibus , cupidaque turba

Miraris ? Haec dat Musa volentibus  
Augsta solers tollere munera ;  
Quem laeta respexit Minerua .  
Muneribus decoratur amplis.

Pallas recludit splendida filii  
Potentiorum limina principum ,  
Imoque distinguit popello  
Vsque animas generosiores.

Haec & laborum est flebilium comes  
Diraeque fortis. Non mare naufragum ,  
Non arma , non durum tyranni  
Exilium Gericis sub oris.





Vnquam timebit concomitantibus  
 Musis amicus ; nec muliebriter  
 Emissa fortunae pauescer  
 Fulmina saeuitiemque coecam.  
  
 Fertur virilis sponte Simonides ,  
 Insanieni presus ab Africo ,  
 Iactasse , concussa triremi ,  
 Duxit operosiores ,  
  
 Fatusque vultu praeterea graui :  
 Quid ergo tantas exacuis minas ,  
 Neptune , frustra ? cui nefandum  
 Interitum minitantur vndae ?  
  
 Bellumne contra vim sapientiae  
 Toruaeque terror proficiat necis ?  
 Ar nulla nec Diui potestas  
 Mentis opes violavit vñquam  
  
 Intende vires in fera prælia ,  
 Fluctusque montes dic , age , construant ,  
 Dissolue compages , retremque  
 Merge serox medias sub vndas ,  
  
 Aut luctuosis contere rupibus ,  
 Et redde prædam corpora piscibus !  
 Si dona fortunae peribunt :  
 Semper erunt bona vera mecum .

## Ad

CAROLVM CHRISTIANVM GAERTNERVM ,  
 Collegii Carolini Professorem ,  
 Amicorum suorum dulcissimum .  
 Secessus vocalis  
 poetæ commendatur .

A emulos quaerat , Rhodopeia arte  
 Quisquis auritas agitare pinus ,  
 Aut fides dextra metuente temni  
 Tangere coepit .

Ergo





Ergo quos nobis erit aemulari ?  
 Forte ad Eurotae ioculanis vndas ,  
 Aut Padi ripas Thameſisue oportet  
 Quærere lapros ?

Ire per terras quid opus remotas ?  
 Est , quod optamus , propiore ſilua ,  
 Silua , vbi ramos querula volūctes  
 Voce fatigant.

Succinentes quas ſimul aemulamur :  
 Icari pennis ope Daedalea  
 Nitimus ; magnis tamen excidemus  
 Fortiter auis ,

Hos vbi regni viridis colonos  
 Ver peregrinis reuocauit oris ;  
 Vſum ad hunc natris quoties ſub umbris  
 Aera mulcent :

Fallor ? an picae tories loquaces  
 Prouocent musas ? Avium canoro ,  
 Finde , concetu quoque prouocamur ?  
 Non , puto , fallor.

Has ſibi vates capiat magistras ,  
 Siue per flentes elegos finifram  
 Lugeat forte , numeriſue dicat  
 Fortibus aquam ;

Seu bonum Numen celebrare dulci  
 Barbito fumar , proceresque , quorum  
 Nomen ad ſedes Superum volavit ,  
 Non fine palma.

Flere ſi meps eſt , docet , ecce , pandis  
 Arborum ramis Philomela pendens ;  
 Haec dies dulcis quaeriturque totas  
 Praefixa noctes.

Nunc dolet longd gemitu ſororem ,  
 Nunc reum irato gemitu maritum ;  
 Tamque Irys ſletum laceratus alto  
 Peſtore rumpit.





Hac suam mortem cygnus a Caystro  
Parte , parte illa Phaetonis axes  
Et male pressas volucri iugali  
Plorat habenas.

Coniugem turtur gemit ; arra Acanthis  
Fata germani , veniamque poscit  
Proditum patrem , iubet & reuerti  
Scylla maritum.

Adsit hic quisquis canere Halleluiah  
Arre caelesti meditatur : ylmo hac  
Qualiter certant vetuli columbi ,  
Qualis alauda.

Sic cane , & magnum do ilis poetae  
Occupat nomen ; tibi sic periti  
Offerent myrtos & Apollinaris  
Praemia lauri.

Thracius nec te superabit Orpheus ,  
Nec Linus , quamuis pater huic , & illi  
Adfoget mater ; neque te Tomitae  
Carmina vincent.

Mantua ingentem retrahit Maronem ;  
Daunie o vates , fuge prouocari !  
Namque Verona tener huic Catullus  
Iudice cessit.

### Ad

I O. I A C O B V M W I P P E L I V M.  
Lipsiæ ccccxxxvii.

**A**t sic supino turpis in otio  
Perdeunt aetas ? Sic mea pristini  
Oblita iucundissimorum ,  
Musæ , sodalitii dierum ,

Et

Et Lipsiensis esse Deo meas  
 Iubebit horas Harpocroti sacras,  
 Nomenque filias iam comantes  
 Non resonare tuum docebit?  
  
 Fauoniorum grata hiemes vice  
 Soluuntur acres, soluitur albicans  
 Terra antea variis pruinis,  
 Atque, nouo redeunte vere.  
  
 Iam ridet omnis copia narium,  
 Quam gratiarum iuncta cohors choro  
 Nympharum, oberransque arboretis  
 Candidulis minuisse dextris.  
  
 Et vda circum tempora nexilem  
 Traxisse gaudet. Iam stabulis pecus  
 Exire gestit; iam camino  
 Agricolam rurito reliquo.  
  
 Paterna laetum vomere iugera  
 Nitente rufus findere, militem  
 Hiberna commutare castris  
 Perque novos iuuat ire campos.  
  
 Laboriosos iamque superftites  
 Adae nepotes lux penarrantior  
 Titanis e somno excitasse  
 Quo iacuere, pvidetur, alto.  
  
 Ac somnolentus solus ego mea  
 Non erubescam rura relinquere  
 Deserta, musas & filere  
 Solus ego patiar, Iyram  
  
 Pindique parcus cultor & infrequens?  
 Aeruginosum non ego batibiton  
 Perculsum exercere thyrsos,  
 Ut solitus fueram, solebo?  
  
 Diuiniori scilicet ebria  
 Liquore caeli pectora non calent  
 Oestro profano Phoebi, & orci  
 Sanguine consopiuntur ignes.





Grauis volentem me' numeros loqui  
Molles & odas increpuit Deus,  
Nec tibiis permisit ipse  
Ludere, quae modo cumque vellem.

Sublimiorem Pindari & alite  
Flacci Dauidem passibus haud licet  
Aequis sequi permitrat idem,  
Seu manus Omnipotentis huius.

Lyra poetae fortis & hostium  
Vixtrix canatur, seu mare peruum,  
Scissosque rorantes montes  
Magniloquus celebrare surgat.

Iessaea quamquam non ego carmina  
Possum latinis reddere versibus;  
Namque arte caelesti eruditio  
Isacius ruit ore vates.

Inauspicio non tamen omne  
Illa aemulari reptilis audeo  
Poeta; Iouae semper auri  
Caeliuagae placuere laudes.

Ereptus huius, quanta benignitas!  
Manu potenti tergeminae necis  
E faucibus, nomen Iehouae  
Perpetuo celebrabo cantu.

Laudes Iehouae Phosphorus audiet  
Iouaeque laudes audiet Hesperus;  
Me nulla nox has, me silentem  
Nulla dies patiar reuusat,

Dum viuus artus spiritus hos regit,  
Haec dum manebit lingua volubilis,  
Audisse verum corde & ore  
Wippelium juuat occidentem.

Ver-

Verborum ultimorum Christi de cruce pendentis  
quartum.

**S**iculosis qualis ignibus; et c. o. o.  
Rigente lingua poscit aquam, heluo;  
Talis fatiscenti liquorem  
Ore peto labiisque fiscis.  
Longe sonantis qui premo bospori  
Tumultuosos prouidus impetus,  
Ne saeculum forsan Noachi  
Oceano redeat refuso;  
Cui blandientes fons Acheloius  
Susternit vndas, cui famulantibus  
Laborat Euphrates & Ister  
Fluctibus, & trepidare Nilus;  
Quem mille riu, quem repidi lacus  
Et aridarum copia faucium  
Omnis creatorem fatentur,  
Cuius eant redeantque nutu;  
Qui pluuiosas aethereae domus  
Arces locauit; cui mare turgidum  
Timer reluctari, superbos  
Seu inbeam reuehi furores,  
Seu stare firmos diffilientium  
Muros aquarium, seu leuis ambulem  
Nec vlliis tentata gressu  
Terga super trepidantis vndae;  
Cuius resurgens gramen inebriat  
Aurora iussu; cuius & Hesperus  
Rorat voluntatem secutus  
Cum nubibus polus & pruinis;  
Et murmurantes nunc lapides pluir,  
Nunc fulminantum non sine nubium  
Fragore nimbos expeditiuit,  
Nunc placidos meditatur imbres;

Qui





Qui fons salutis do sitientibus  
 Potus perennes , quique liquoribus  
 Meos inexhausti fluenti  
 Exhilaro sine fine seruos ;  
  
 Qui — Sed quis ardor verba liquefacit ?  
 Immanis ergo me sitis enecat ?  
 Enectus , eheu ! iam nefanda  
 Paene sitis sitio salutem  
  
 Nepotum Adami insigniter omnium  
 Quorquot fuerunt , quoquod ad hunc diem  
 Vescuntur aura , quosque ab illis  
 Progenitos alet orbis olim.  
  
 Miramini ? Vrit me sitis ignea ,  
 Aeterna ne vos excruciet sitis.  
 Exstinguit omnes sanguis ignes  
 Tartareos meus immolati  
  
 Pro fonte mundo , pro genere hostico  
 Infonsit agni , largiter effluens ;  
 Qui quo bibetur plus ; ab omni  
 Plus sitierur auebiturque.  
  
 Sitis ? Huc accurrite , arentium  
 Hic apparata est copia faucion.  
 Vitam & salutem veram anhelans  
 Qui cupit , hanc bibat , & bibisse  
  
 Haud poenitebir . Credite ! Credite  
 Verbis supremis veridici Dei :  
 Dulcem elaborabit saporem  
 Quod dabitur cereale nectar.

---

Ad



Ad

I O. P E T R V M G E R I C K E ,  
 Verbi diuini apud Hamburgenses Ministrum ,  
 Amicum suum dilectissimum.

Secessum vernantem poeta quaerat.

**F**ormidolosi trans iuga Caucasi ,  
 Quae semper alta stant nixe candida ,  
 Inter Gelonos & Selassos ,  
 Perpetua glacie rigentes ,  
 Nihil poetis est super ignium ;  
 Nihilque succi , si Libyæ in plagas  
 Siticulosas , igneamque  
 Aethiopum penetrent arenam .

Secessus hic est : non bene carmina  
 Tamen canentur , nix vbi conspuit  
 Agros , vbi findunt furores  
 Icarii canis & Leonis .

Relinque terras non habitabiles ,  
 Quando eruditum tollere humo caput ,  
 Poeta , & insignis per orbem &  
 Ora virum volitare tentas .

Vatem iuuabit per Zephyri domos ,  
 Tempe , vel Ennam floribus inclutam ,  
 Hyblam , coronatumque Hymettum ,  
 Vel liquidas petuisse Baias .

Vates opacum per nemus arbutos  
 Vmbrosiores quaerat , vbi comas  
 Diffundet ilex , mille frondes  
 Solibus obiciens acutis .

Et me volentem carmina ludere  
 Multum videbunt illa loca hospitem ,  
 Vbi nitentis veris omnes  
 Repperiantur amoenitates ;

Vbi

❧      ❧      ❧

Vbi recentes cum violis rosae ,  
 Floresque acanthi & mollis amaraci  
 Collum reclinatum latusque  
 Sic temere fubeant iacentis  
 Macandricorum praeterreuntium  
 Audire vbi sit murmura fluminum ,  
 Et illitis musco laboret  
 Lympha loquax trepidare ripis.  
  
 Talem Dauides per Libani cedros  
 Quaeſisse vallem , talia dicitur  
 Quaeſisse prata , ac his repertis  
 Quae cecinit ! cecinique quanta !  
  
 Caſtauit ipſo blandius Orpheo ,  
 Illum & ſonantem natus ad Ausidum ,  
 Lateque decantati in orbe ,  
 Depositis citharis , poetae  
  
 Mirentur omnes , ille rebellium  
 Seu forte turmas increpat hoſtium &  
 Truces Philiftaeos & Henos  
 Enſe merit Moabumqne atroci ;  
  
 Seu terram & omnes Oceani iſulas ;  
 Quae magnus aer , quae mare continet ,  
 Solemque lunamque & minores ,  
 Quot rapido rotat orbe mundus ,  
  
 Inuitat ignes , vt socijs Deum  
 Caeli potentem laudibus eferant ;  
 Seu res notatu digniores  
 Magnaque facta Dei reuoluens ,  
  
 Muros aquarum diffilientium ,  
 Aut bellicosi praelia Iofuae ,  
 Diemque iusto longiorem  
 Carmine commemorat superbo.  
  
 His in beatae materiis lyrae  
 Primumque cantat , canat & ultimum  
 Quem tor falutauere Patres ,  
 Te , reduci date Rex Sioni ,

Ad



Ad

## CAPOLVM LEBERECHT STÜTZINGIVM,

Commilitonum suorum carissimum,  
iam verbi diuini Kleinaniae in Marchia veteri  
Ministrum fidelissimum.

cIoccXXXIV.

**Q**uod numquam superabilis  
Fari & corporis infesta necessitas  
Me iam iamque scholastici  
Victorem Itali ad dulce solum vocet  
Natale, & patris Lares  
Amplecti iubat; iucrificabiles  
Quod me laetitiae trahant  
Ruris, quas modulabare nouissime;  
Quod me blanda porrissimum  
*Quid*ne facies surripiat tibi,  
Hoc est, quod lacrums veras  
Et quod me quasi non morigerum doles,  
Me culpans, quod in hispida  
Bruma immunificas ingrediar domos,  
Quas vexant Boreae imperus,  
Audax quas hiemis sollicitat furor.  
Planctus define, lux mea!  
Est res salua. Calefaci satis & satis,  
Ut vel solis & vtiles  
Fornacis simul ignes mihi sordeant.  
Si nescis: amor aestuans  
Me, quamuis morientem, soueat tui.

Ad



Ad

## I O. H E N R. R O L L I V M ,

Musices in vrbe Magdeburgi Directorem clarissimum,  
Collegam suum suauissimum.

**Q**uod poetarum celebrare numen  
Voce vel dextra placet erudita?  
Quem docebuntur refonare vatem,  
Barbite, filuae?

Aut ad Eurotae refluentis vndas,  
Aut Iordanis vada vel Cidronis,  
Quaeque Iessaeum stupuere saepe  
Flumina cygnum,

Arte caelesti quoties Iehouae  
Iussit aeternum canere Haileluiah  
Solis auritum iubar & volentis  
Sidera caeli?

Te canam rupes cithara ciere  
Callidum, lauro redimite, cuius  
Vnus ingentis rotat axis ignes  
Nutus, Apollo;

Quo magis nullum Superum poetae,  
Stulta gens, vñquam coluere. Vini  
Proximos illi dator occupauit  
Liber honores.

Te lyrae dicam potius parentem,  
Filius Maiae; neque te silebo,  
Qui creas doctis oleum, patrima  
Virgo, lucernis.

Tunc nouem diuas Heliconis addam,  
Garrulas cantu superare picas  
Nobiles, quorum simul incitantur  
Pectore ab oestro:

Maius

Maius humano sonat ore vates ;  
 Altius surgit , numerisque fertur ,  
 Lege vulgaris stipulae solutus ,  
 Non sine plausu.

Post eas Orpheus prius , an te , Arion  
 Pisce per fluctus memorabo vectum ?  
 An Linum ac Amphiona conuocantem  
 Carmine Thébas ?

Aemulum cœco referam poetae ,  
 Daunias chordas , querulosque amantis  
 Exsulis planctus , Senecae cothurnos ,  
 Vatis Iberi ;

Quos & iniustis Taciti querelis  
 Barbaras inter numerata terras  
 Voiles sacrae generauit arti  
 Patria tellus.

Qui Deo tangit docilis magistro  
 Callidos cælo placuisse seruos ,  
 Inter hos omnes , velut inter astra  
 Luna , resulget.

Mentis humanae pater atque custos ,  
 Spiritus soli tibi cura nostri  
 Sit data , vt nulos , nisi te mouente ,  
 Sentiat ignes.

Ille seu laudum fidicen tuarum ,  
 Sive mendicus fugiensque mortem  
 Alta perrumper metuente solui  
 Sidera penna.

Te , velut vento volet euolatus ,  
 Tu doce Moysis numeros & Agni  
 Tu parum castos Stygiam ad paludem  
 Mitte poetas.



## In Obitum

HENRICI IACOBI SMALIANI,

Potentiss. Borussorum Regi a Consiliis bellicis,  
 Ciuitatis Magdeburg. Syadici, Gymnasiique Ephori.  
 Cœloccclvi.

Publico Amplissimi Senatus nomine.

**T**ot ergo frustra te reuocant preces ?  
 Non vota Amoris , non Pietas tuum  
 Iter retardant laureatos  
 Ad socios operum solutos ?

Per lacrumentes vsque Necessitas  
 Morata leti corripit heu ! gradum !  
 Extinctus heu lugeris , ista  
 Viictima nî miserantis orci !

Iustis querelis Parthenope dolens ,  
 Sigaliane , funus prosequitur tuum ,  
 O publicae custos salutis ,  
 Ciuium amor , Themidosque amicus .

Vix vllus vinquam flebilior , Senex  
 Beate , nobis occidit omnibus ;  
 Nos vnuis omnes luctus , omnes  
 Cura graui premit vna mortu .

Nam glorioso strenuus ardui  
 Amore veri , crimina fæculi  
 Fraudesque & indenora laudi  
 Pectora , desidiamque inertem

Compescuisti ; carus , amabilis  
 Regique & vrbi ; nil popularibus  
 Ambire votis , nil timere ,  
 Nil nimium cupisse doctus .

Te Fas , Piumque , & iustitiae comes .  
 Vtcumque sacrum laetus agit pedem ,  
 Candor trahebat , Te fidelis  
 Propositi studiosa virtus .

Inta-

Intaminatis pulcher honoribus  
 Terrena linquis ; viuaque gloria  
     Ad fera nomen *Smaliani*  
         Saecula feret , superis remisti.  
  
 Longum ille vixit , qui meritis sibi  
 Aeuum perennat. Corpore Manibus  
     Hunc expeditis Fama fuluo  
         Ire iubet super astra curru.  
  
 Aequale letum est. Viuimus impares ,  
 Pares obimus. Hunc alias supra  
     Alte curules , hunc triumphi  
         Extulerant. Rogus aequat omnes.  
  
 Aeternitatem qui sibi vindicat  
 Factisque scriptisque , altus adoresas  
     Spectat virescentes , & ipse  
         Stellifero nitet orbe fidus.  
  
 Viues superstes , nil capiet tui  
 De parte saera Persephone nocens  
     Tagaxque Parca , o *Smaliane* ,  
         Multiugi decorate laude.  
  
 Non mente laena , more vacantium  
 Caelestiori lumine gentium ,  
     Crudele fatum aut vitae iniquam  
         Conditionem hebetes queremur ;  
  
 Non in regenda forte hominum Dei  
 Curam arguemus ; non superis diem  
     Non inferis dicemus. Absit  
         Hoc animi scelus impotentis !  
  
 Mysteriorum scire nefas viam est !  
 Inuirose differimus queri ;  
     Victoriarum inter triumphos  
         Obstreperae hand locus est querelae.  
  
 Caeli videmus per radiantia  
 Flammante curru te celere agmina  
     Vectum , coronatumque lauro  
         Osque humerosque niui nitentem





Certante amictu , aeternaque praemia  
 Largis reportantem e manibus Dei ,  
 Nutrita quae , quae roborata  
 Sanguine non pereunte Christi ,  
 Virtus & albae vis Fidei tuae  
 Tibi creauit . Non sine gloria  
 Nam militasti , & nunc piorum  
 Concilio infereris beato ,  
 Emancipatus miles & omnium  
 Fastidiosus praeterireuntium  
 Tumultuosi gaudiorum  
 Orbis , adeptus optimiora .  
 Non indeoro pulueré splendido &  
 Labore fundo gnauiter heic tibi  
 Gratam elaborauit quietem  
 Quod dabitur sine fine nectar.  
 O quam lucrosum est , morte pia mori !  
 Sequemur omnes , ibimus , ibimus ,  
 Summo imperatore euocante  
 Carpere amabile iter parati .  
 Nec DI medelam Sollicitis negant ;  
 Deique curam Curia prouidam  
 Experta semper flere cessat .  
 Auspicio bono enim repertus  
 Successor illa fede locabitur ,  
 Quam Parca desolauerat inuida  
 Nequicquam . Is implebit prioris  
 Munia perugili labore ,  
 Et tam sagaci mentis acumine ,  
 Fidique cura perpetue consill  
 Ne Smaliam desideretur ,  
 Aut perisse puretur verbi ,

---

Filii ad Parentem suum  
Carmen votiuum.  
Ipsis Calendis Ianuarii 1600xxxvii.

**Q**uod meos splendens trepidare mandat  
Aureis lumen radiis ocellos ?

Quae dies clarum caput ex Eois  
Extulit vndis ?

Fallor ? an Iani redeunt Kalendæ,

Quas recens natus puer & salutis

Auctor æternæ celebrare fuso

Sanguine iussit,

Sol lo ! curfu nouus absolute

Explicat frontem , roseusque nostra ,

Antea late niuibus sepulta ,

Arua reuicit.

Feruidis vrbes , nemora atque montes

Personant votis , tetrici recessus

Rupium auditos sonitus remittunt ,

Non sine plausu.

Ferro quassat , pede Mars misellos

Accolas Istri , gemit & cruore

Vuidum littus , litiusque terret

Raucus Iberos.

Et Britannorum furor arma poscit ,

Nauibus saeuum mare mille spumat ,

Mille spes votis vaga Trinobantum

Quassat olympum.

Mordico trux hic metit hostis ense

Vrbium flores , iuuenesque sternit ,

Stataque heroum fluii rubentes

Corpora voluunt ,



Filiis orbæ hic simul & maritis  
 Crinibus sparsis v'lulare pergunt  
 Feminæ, & planètu gemituque fletuque  
 Aethera pulsant.

Ast agros nostros super alma laeto  
 Faustitas curru volat, & Salana  
 Rura perlustrare amat igneis Pax  
 Candida bigis

Nunc iuuat faustos renouare plausus,  
 Nunc iuuat castos iterare cantus,  
 Nam nonus secum noua fert corniscans  
 Gaudia Titan.

Nunc opus plectro citharaque acuta est ;  
 Hic dies Phœbo redeunte festus  
 Iure tentatae citharae & lyram  
 Carmina poscit.

Dulcis o nostraræ (quid enim Parentis  
 Dulciss Nato super est amore ?)  
 Porriò vitae, vacua eruditis  
 Pectora curis !

Quos, rogo, ad flamas, fugiente luna,  
 Voluis halantes vigilis lucernæ,  
 Phosphoro quos & legis adnrente,  
 Pone libellos.

Circulus iam sit procul Archimedis !  
 Corruant aedis itamque Wolfi !  
 Peruigil miles forulis refertis  
 Sturmius adstet !

Iam lyram Regis iuver aemulari  
 Atque Iefacum stupuisse cygnum !  
 Optimis longe feriamus alta  
 Laudibus astra !

Optimis natum placet auspicari  
 Canticis annum ; sit accira turis  
 Plena votui, tuaque alba circum  
 Tecta volantis !

Prae-

Præsidem cæli Dominumque terrae, &  
Munerum patrem precor optimorum  
Melleis corda ut tua gratiarum  
Irriger vndis.

Depluat caelo noua vis salutis  
Teque roranti satiet liquore , vt  
Proferas Christi valida manu po-  
moeria regni.

Exigat tecum per amata Comiux  
Plurimos soles sine nube laetos ,  
Teque felici faciat piaque  
Prole parentem.

Fructus annosum tibi signet aeuum ,  
Fata te norint , properentque Parcae  
Nescium carpi tibi destinatos  
Stamen in annos.

### In Natalem

OTTONIS NATHANAELIS NICOLAI ,  
S. S. Theologiae Doctoris , ad Aedem S. S. Ulrici ac Levini  
apud Magdeburgenses Pastoris primarii ,  
Dicasterii sacri Adsefforis & Gymnasii Ephori ,  
d. V. April. M<sup>DC</sup>CLXXV.  
sexta & sexagesima vice feliciter redeuntem.

Dum multiformes vere nouo modi  
Passim resultant , coccyge , chloride ,  
Ficedula , curruca , alauda ,  
Luteola & merula sonoris  
Per laeta Tempe , per nemorum comas ,  
Et per strepentes murinure riuiulos ;  
Totisque dum fingit medullis  
Mirificos Philomela flexus :



Nos , Magdeburgi quos Heliconia  
 Regendo belle Sors viridaria  
 Ornare iussit , suscitata  
 Voce pios meditamus hymnos.

Lux nempe surgens caelius & tuis  
 Genethliis , Praesul venerabilis ,  
 Dudum resplendens , lumen nescens  
 Parthenopae radjis amicis,

Nostrumque adauertans Gymnasium tua  
 Auctoritate & consiliis bonis ,  
 Tam verba digna , en , subministrat ,  
 Quam stimulis animos lacessit.

Haec saepe felix lux redeat Tibi !  
 Cuius labores Eusebie colit ,  
 Et cuius elimita scripta  
 Pallas ab interitu ruetur.

Nam seu serendo dogmata caelica ,  
 Seu fulminando flexanumis minis ,  
 Seu stucios deliniendo ;  
 Munia sedulus administras ,

Haec omnium sunt vota frequentia ,  
 Ut sospes adsis & vigeas diu ,  
 Multaque coetum sanctiorem  
 Utilitare iuves Scholamque ,

Nos vota votis feruida jungimus ,  
 Vt ne senectus sit tibi taedio ,  
 Tuosque canos vt venuster  
 Perpetuis Zephyrus corymbis.

---

Hexa-

\* \* \*

## Hexametri.

Natalitia auspicatissima  
Sereniss. Principis ac Domini  
CAROLI,  
Brunsv. ac Lunaeburg. Ducis,  
ipfis Kalendis Augusti 1596  
deuotissime celebrata.

Ergo pii damnas voti Natalia, Princeps  
Optime, festa cano tua felicissima, quorum  
Gaudia, rot populis solemnia, sole nitenti  
Iam redeunt, Caroli qui pace sub aegidis umbra  
Auriferaque simu saturantur munere pacis.  
Me quoque, non solitis perfusum pectora flammis,  
Correpprumque sacro non sicut Numinis oestro  
Laetitiae focum ciues focumque laboris  
Excipiunt. Patriae Caroli nam nos quoque curae  
Portio parua sumus; nec fastidiuit agreste,  
Quod tenui quandam carmen modulabar evena.  
Iamque mihi auspicio praesens, & Apollinis instar  
Vitus adest, facilisque indulget cantibus aures  
Dux bonus, illius ut licet mihi dicere facta,  
Facta nec altifono digne dicenda Maroni.

Magnum opus adgredior. Tamen audeo. Namque fauore  
Audentem Dux ipse iuuat meus. Audeo. Fallor?  
An Carolus Princeps oculis de more benignis  
Deuotae grataeque vider molimina musae,  
Sacra suo & Domino probat haec præcordia, quorum  
Aeternis hederae tentant ad surgere lauris?  
Dignius an vires queat exercere poetæ  
Magnifici splendoris opus, plaususque ciere,  
Igrarus dubito. Viden' ut Fortuna labori  
Adspirat fautrix. Iam per mea corda calores



Sentio gliscentes. Tu, clementissima Princeps,  
Praesidium Aonidum Decus & perdulce fororum,  
Tu mihi Phoebus eris, pro te bona verba vounti  
Isthac luce bona; pro te, quem nescia perdi  
Fama comes sequitur, quem saecula nulla tacebunt,  
Saecula laborata his solidi in regionibus auro.

Sic voluistis enim, Superi. Vos illa redire  
Saecula iustissis, nofrasque reuinere terras,  
Felices mille ante alias. *Tulifurgica* vobis  
Didita quam late tellus, & nota per orbem;  
Divites opum, studiisque potens, belloque superba  
*Pentapolis*, famulans quam diuidit *Ocean* & ambit,  
Quae celebrata caput tantum super aethera tollit,  
Quantum lenta solent inter viburna cupressi,  
Semper amata fuit. Demissas caelitus omnes  
Inque arces vrbesque ruas vicosque casaque;  
O dilecta Deo tellus, numerare salutes,  
Non opis est nostra. Nunc non longinqua petamus;  
Sufficit vna dies, testis pro milibus vna,  
Faulta dies rofum quae iam caput extulit vndis,  
Terque ac ter decies niueis que laeta quadrigis  
Te ridens adspexit, & optatissima largis  
Dona tuos manibus gestiuit spargere in agros.  
Atque diu tantum gestiuit. Nam prius orba  
Patribus ac Dominis, tua saepius aspera, Iuctu  
Et squalore iacens, miserabile fata gemebas,  
Quam tua firma salus, tua gaudia firma steterunt  
In *Carolo*, curis rerum succedere iusso;  
Haec etenim summae steterat sententia Menti;  
In *Carolo*, Duce quo plures & Patre per annos  
Nunc tibi, terrâ adamata Deo, gaudere licebit.

Nunc non tristis hiems, nunc non lacrumabile caelum,  
Nunc non fulgetrae, diri non aetheris ignes,  
Nunc non saeva fames, non morborum horrida Erynnis,  
Non bellis rabies, non saecula miserrima Pyrrhae,  
Non infesta lues pecori, non frugibus agri  
Noxia tempestas, nunc nulla iniuria sati  
Est, nec erit metuenda tibi. Fremat vndique Mauors,

Vul-



Vulnificoque pluat nimbo, caedesque rapinis  
 Misceat, igniuomis conquasset molibus arces,  
 Conciuitaque amplias eueris moenibus vrbes,  
 Depopulans flamma segetes ferroque, coloni  
 Spem miseri, iuuenesque metens prolemque futurae  
 Aetatis, vestigia vbique cruenta relinquens!  
 At tu parce metu, Non hic spectare ruinas  
 Aut castella datur disiecta, vrbesque recenti  
 Sanguine fumantes. Te Fas Afraeaque turam  
 Prosperitasque Eidesque colunt. Te mitis oliuae  
 Pax ramo redimita comas plaudentibus alis  
 Protegit, & turgentibz irrorat Copia cornu.  
 Te grauidis opulenta Salus locupletat artis;  
 Auerruncatis, quae teque tuosque minaci  
 Ciues ore petunt Dirae, aut terrere laborant.  
 Parce metu, tellus succrescens splendida rebus  
 Securis, Caroli tellus obnoxia iussis,  
 Atque salutari Caroli sub numine tuta,  
 Diuini nostri Caroli sub numine, quicum  
 Attrulit vndeclies annus, vere aureus annus,  
 Innumerous gazarum imbræ, riguoque per vrbes,  
 Per silvas, per agros, per hiantia prata, per vndas  
 Dispersit, laetumque dedit florescere terris.  
 Delicis nam septa Salus Caroli indiuulsa  
 It comes, atque Ducus gressus humedat euntis,  
 Vt lactis dulcem stillent mellisque liquorem;  
 Roscida mella fluunt, fluit opima copia lactis.  
 Qua Dux incedit, signatur semita longe  
 Purpureisque rosis violisque & baccare blando,  
 Fragrantique thymo, calthaque crocoque rubenti,  
 Quas neque surgentes inimico Sirius aestu,  
 Nec violare Aquilo mordaci sustinet ore;  
 Sponte sua croceus colocasia pingit acanthus,  
 Sponte humus Assyrium in vestigia fundit anomum.

Nascitur, ecce, tibi sic formosissimus annus,  
 Laetitiaque nouae tories tibi caussa recurrit,  
 Brunfucum, quoties Lux haec tua rura reuisit;  
 Sic rutilo semper tua caeli Gratia curru

Arua





Arua superuolat , & sic largis saecula riuis  
 Vsque tibi pretiosa fluunt , Saturnia saecula ;  
 Sic & suaue virens quaevis tibi parturit arbos ;  
 Auricomis tibi sic crinitur floribus horrus ,  
 Aptaque dant fessis virides umbracula rami ;  
 Ripa toros molles pastori herbosa ministrat ,  
 In siluis surgunt quercus intonsaque caelo  
 Attollunt capita & gratanti vertice nutant ;  
 Flaua' seges semper mulcentibus adnuit auris ;  
 Non Boreas graciles , non eruit Eurus ariftas ;  
 Vuuae mitescunt , saliuntque in pocula lymphae ;  
 Agricolas hilares iuuat indulgere choreis ;  
 Hinnit ager pecorum diues , balantque superbi  
 Lanigeris colles , sunt vbera plena iuuencis ,  
 Lac quibus haud aestate nouum nec frigore desit ;  
 Horrea latefcunt , constant sua praemia aratro ;  
 Mutantur merces , cuiu sua praemia constant ;  
 Pieriaeque suum decus & sua praemia genti  
 Constant ; Pierides *Carolus* fouet , ornat & auget ,  
 Arrificumque manus mouet ac dignatur honore .  
 Nauos Ille viros , iniusta sorte tenebris  
 Demersos , dulces in luminis evocat auras ,  
 Euocat , ac lucem ingenuis dum praebet amicam  
 Cordibus , ardorem viuo simul iniicit igni .  
 Ille operum cursumque ciet mollitque labores ,  
 Spem donis praeuerit & altae semina mentis  
 Diuidit , inclinatque apices ac laeta poetis  
 Dulcibus auspiciis superum commercia praeftat .  
 Ille bonus cunctis ac felix ciuibas esse  
 Decreuitque studetque suis . Sapientia terris  
 Hoc sub Principe amat veri recludere portas ;  
 Nemo sub illius scepris inglorius artes  
 Excolit ingenuas . *Carolo* duce & auspice Musas  
 Quamuis difficultem pudet abiescisse laborem ;  
 Hic studiis reparatur honos ; Tulisurgica posthac  
 Socraticas cellus animosior ibit in artes ,  
 Aemula naturae , palmamque negabit Athenis .  
 Hoc regnante caput laetum inter sidera condit

Relli-



Religio, foedaque Superstitione fugata,  
 Occidit Erroris lolium fallaxque veneni  
 Herba nec obicoeno merguntur pascua limo.  
 Hoc regnante redux Virtus, incognita Virtus  
 Ante, magis quoniam nota homini, mage cara videnti  
 Redditur, Ipsi etenim est Carolo carissima nostro  
 Virtus, ac talis totus per amitis orbis  
 Ad Ducas exemplum facilis componitur; ingens  
 At viatorum agmen, malesanæ gaudia mentis,  
 Terribiles formæ aspectu, horribilesque furore,  
 Impietas atque Inuidia, execrabilis monstrum,  
 Praecepit stagna Eredi reperit noctemque profundam  
 Pone trahens Morbos, Mortem, Luctumque Metumque  
 Cum tristi Curarum orbi incumbente cohorte.

Scilicet haec nostris iam tunc bona carmine terris  
 Veridico cœlestis Amor spospondit, amico  
 Qum Caroli atque Philippinae pia corda manusque  
 Foedere coniunxit; castis quum pectora flammis  
 Incensus Princeps Iuuenis, prostratus ad aras  
 Oravit, tendensque ambas ad sidera palmas,  
 Et thalamî Sociam optatam, prolixisque venustæ  
 Stirpe Atauorum haud indignæ, populique futuri  
 Expedit Matrem. Ducas en! pia vota probauit  
 Felicissimus eventus. Pater optimus, ecce,  
 O dilecta Deo tellus, ac optima Mater,  
 Ecce, data est tibi. Io! præsentibus illis  
 Numinibus, quis conciperet non pectora flammæ?  
 Quis Caroli virtutem altam & super aethera noram,  
 Atque boni benefacta stupens Caroli infinita,  
 Quis non, quaeso, nouo ac meliore caleceret igne?  
 Quem tot præcones decoris laudumque Tuorum,  
 O Princeps, cuius bonitatis gloria nomen  
 Immortalis amat per secula sera tulisse,  
 Quem tot, quaeso tui populi, quem tanta mouere  
 Et miscere choro, varum non commoda possent?

Iam





Iam moueor ? Iam facra poetae pectora thyrsos  
 Concurit insolito Maenas ! Sublimis in auras  
 Iam vehor , atque humiles video subsidere rupes  
 Sub pedibus ; montes , siluae , maria , insulae & vrbes  
 Euanescentes fugiunt . Ex aethere longe  
 Despicio , citiusque Euro praeteruolo turres .  
 Quo rapior ? Carole , o quo me trahit ille tuarum  
 Virtutum splendor ? Quae tecta superiba subire  
 Heic datur ? O domus , o quae regia panditur isthic !  
 Te sequor intrepidus . Duce te stupefactus Amoris .  
 Aetherii ingredior templum , non coeca quod olim ,  
 Nescio qua Veneri vertigine fabula struxit ,  
 Sed caeleste opus , atque opus admirabile visu ,  
 Auro parte micans quauis , radiisque resplendens .  
 Hic pia tura crepant , hic non nisi casta feruntur  
 Casto vota Deo . Procul hinc , procul ire profana .  
 Turba iubetur & ad Stygias remeare paludes .

Huc igitur veniens , rutilis quem densa coronis  
 Agmina virtutum & diuino comitantur honore .  
 Dux Iumentis , patriae iam tum Spes optima terrae ,  
 Os humerosque Deo similis , pulcherrimus Heros ,  
 Vota facit , mirum nunc proficientia quantum ,  
 Caelestique suas precibus commendat Amori  
 Curas , quas sapiens per prouida pectora voluit ,  
 Et Salomoneo corde ac seruore , futuro  
 Ut pepulo dare iura queat , rogat , atque salutem .

Olli subridens , o Dilectissime caelo  
 Princeps , inquit Amor , cuius mihi gaudia cordi  
 Semper erunt ; placuere mihi tua vota precesque ,  
 Suscipio tua tuta lubens ; Tu dignus amari ,  
 Tuque coli dignus . Magnorum maior Auorum  
 Progenies , tibi sorte datum est superare Parentes  
 Et virtute & honore tuos , longaque Nepotes  
 Pace beate tuos . Manet & te gloria prisca  
 Restituisse aurum ; Tu saecula ferrea vinces  
 Temporaque efformabis amans meliore metallo ;

Tu



❧ ❧ ❧

Tu bonus & felix eris omnibus, omnibus una  
 Voce Pater patriae diceris amabilis; ibit,  
 Vultus vbi populo tuus almo adfulserit ore,  
 Gratior usque dies oriens, meliusque nitrebunt  
 Soles. Ut tamen haec quoque sint bona duratura.  
 Et Brunsvicensem patriis virutibus orbem  
 Post longam annorum seriem dignissimus Heres  
 Temperet atque regat, pie Princeps, en, tibi dignam  
 Teque Domoque tua, Brennorum sanguine natam  
*Heronum Carolinam*, alto splendore coruscant,  
 Connubio iungam stabili, propriam dicabo,  
 Quae recum, ut virtus virtusque meretur, in annos  
 Felices viuat plures, & prole parentem.  
 Te faciet pulchra, Patrem in prole perennet.

Dixerat haec caelestis Amor: Simul auribus ingens  
 Gratantum plausus populorum illabitur. Ipse  
 Egreditur laetus *Carolus*; Sapientia firmo  
 Incessu comes est *Carolo*, Bonitasque serena  
 Innubique micans fronte ad Iarus illius haeret.  
 Quae facit, hae moderantur, & hic non amplius unus  
 Iustus Aristides; per eas *Carolus* quoque *Iustus*.  
 En ades, o sapiens Dux, en ades, o bone Princeps,  
 Nunc populo, atque aequis componis legibus vibes.  
 Tu fidos reuerenter habes. Quem gratia seruum  
 Aut odium, aut lucri spes improba corripit, arces.  
 Fas, Verumque, Fidesque aulam tuto pede pulsant;  
 Non placet hic virtus pietio, non curia censu;  
 Iura voluptati sanctum praescribit Honestum,  
 Iustum lege pia determinat vile. Laeti  
 Femina, vir, puer atque senex tua iussa capessunt,  
 Quae fortunatis securum ciuibus aetum,  
 Otia quae Musis exoptatissima praefstant.  
 Otia tu Musis fecisti; *Iulia* testis  
 Est *Carolina* atque hoc, quod surgit nobili in urbe,  
 Magnificum *Carolinum*. O vos quibus ista perenni  
 Aere dedit placidas hilarare per otia Musas,  
 Si qua maner fasti pietas, vos o decet omni  
 Tum studio, tum vos quo ornatuit inunre linguae



Vestrorum magnum studiorum efferre, Patentem  
Laudibus. Ipsa etiam resonent Collegia laudes  
Structoris, plusquam regalia recta Camenis  
Fundata, Attalico sumtuque iastructa Camenis.

Materies non aequa meis haec viribus. Ipsae  
Vos Carolum celebrate; age; nunc haec otia, Musae  
Et Caroli nomen vestris inscribite libris  
Aeternis, veraci & carmine dicite, qualis  
Semper, in ingenuos fuerit clementia seruos,  
Qualis amor patriae, in suppressum gratia ciuem,  
Qui vultus, quam larga manus, proutunque leuamen,  
Nescia describi quae Principis ignea diui  
Ingenii vis atque acies, qua perspicit omnes  
Ipse bonas artes, adyta & Parnassia lustrat.

Iamque canunt. Cantus tales, spero, audiet Occar,  
Audier & tales cantus obstipa Visurgis,  
Quales Eurotas, auritusque audiit olim  
Amphrysus. Namque ipse doceas, Dux optime, cantus.  
Pergere fauere modo Musis, atque artibus illos  
Serua oculos, vitram qui spemque animamque dederunt.  
Nescier instantata pigros Academia ciues,  
Perque tuas surget gens sat cito doctior vrbes.  
Nec me, sicut licet haec non tanto Principe digna  
Carmina, cantando vincent Ocreades omnes  
Musae, te quoties, Princeps Auguste, canenti  
Praeuenisse mihi dabitur vel condere soles.  
O mihi tam longae maneat pars ultima vitae,  
Spiritus, & quantum sat erit tua dicere facta!  
Nec me cantantem te, Princeps lauriger, Orpheus  
Vincer, nec suavis Linus, huic licet inclita mater  
Calliopea, illi pater adsit magnus Apollo.

Org.

## Oratiuncula militis

ad.

E V G E N I V M

in Castris ad Rhenum 100ccxxxiv commorantem  
ac cunctantem.

Princeps , namque tuo pendere haec omnia nutu  
 Scimus , ad arma voca ! Tua iussa capeſſere miles  
 Teque iubere cupit . Certi eſt mora longa triumphi  
 Ipsiſusque necis generofam efflare paratis ,  
 Sic ſi fate ferant , animam . Quo cingimur , agger ,  
 Carcer virtuti eſt ; ſequi intra caſtra tenere ,  
 Durius & grauius , quam Galli irrumpere caſtriſ.  
 Si licet Eugenii quicquam , pater optime , vinci :  
 Vincatur tandem patientia . Lenta tuorum  
 Auxilia expectas ſapienter ut omnia . Noſtri  
 Quid ſi ſpem ſuperat fiducia ? Vincere paucis  
 Moſ tuus . Eugenio multis pro millibus uno  
 Supplemus numerum , numero ſi bella geruntur ;  
 Sin dextris animisque ; animos dextrasque probares  
 Forſitan expertus . Non fas , ea dicere verbiſ ;  
 O ſi vulneribus reſtari & ſanguine poſcas !  
 Surge & ad arma voca , pater ! Haud inglorius , ut ſciſ ,  
 Militiae tuuſ eſt exercitus obdormiſcens ,  
 Heu quoties Italos hostem fugiſſe per agros  
 Nuncia fama tulit ? Quoties data copia lauri  
 Fratribus eſt noſtriſ , ſi contra imbellē iteriſſet  
 Agmen , & Eridanum tranſire impune vetiſſet ?  
 Tangimur inuidia miſeri . Nos nulla videbit  
 Trans Rhenum pugnare dies , grauibusque catenis  
 Gallorum viuſtas noſtro diſſoluere ferro  
 Terras arque vrbes ? Princeps , exercitus omnis  
 Arma fremit . Voca ad arma tuos ! Victoria pugnam ,  
 Nam comes Eugenii eſt victoria , certe ſequetur .



Christus patiens.

**D**ura dum durus premit obsidione Quirites  
 Poisena , pernicem a patria tristesque ruinas  
 Auertit flammis iniecia Scæuola dextra ;  
 Praecipitem in terrae vultum se mittit hiatum  
 Curtius , ut foedae sisit contagia pestis ;  
 Vlto pro patria subiens hostilia castra  
 Mortem adit intrepide Codrus ; Tirynthus heros  
 Monstra necat ; Romæque duces viætricibus armis  
 Intactas subigunt gentes , vrbesque superbas  
 Terrarum domini . Tantis illucria factis  
 Nomina viuaci memorant memorique tabella  
 Historici ; vatumque chorus , cui grandia fari  
 Musa dedit , tantæ laudes virtutis ad astra  
 Pegaseis desert alis . Quæ , qualia , quanta  
 Non monumenta tibi ponet , non exigat aras ,  
 O Iesu , mortale genus , meritissime Iesu ,  
 Cui spes resque suas , caeli cui gaudia debent  
 Euigenum primi atque imi , quos murice lana  
 Ardenti bis tincta regit , pertusaque ralla ?

Horrenda tibi luclanti cum morte cruentus  
 Vberim tremulo manat de corpore sudor .  
 Olim ne Satanae fociis peccator in antro  
 Tartareo sudor , fumo flammaque crepanti  
 Seprus . Vincla geris . Vincti sumus omnibus omnes  
 Nos scelerum vincis : vincitos tua vincula soluunt .  
 Infamis scindit lictor tua terga flagellis ,  
 Et spuit in faciem miles , quem robore natum  
 Caucasisque reor saxis , fuxisse leaenæ  
 Vbera ; tu tantos toleras , bone Christe , dolores  
 Ne face , ne saeuo serpente armata flagellet  
 Pectora Tisiphone stygiis damnanda cauernis ,  
 Aut tam multiplicis bene mens sibi conscia culpæ  
 Exagit mentes tristisque horrore fatiger .  
 Regalis sceptri vice per ludibria dextram  
 Armat arundinea virga , nudosque lacertos

Pur

Purpureis amicit pannis , spinisque coronat  
 Caelestum veneranda choro tua tempora tortor  
 Fronte minax , animum Mauro non mitior angue.

Cui tam cura bono pateris , tam dira , Redemptor ?  
 Nempe ut culparum fordes tua purpura velet ,  
 Sceptraque terrigenis male fraude extorta draconis  
 Restituit , trux dextra caput qua caedit , arundo ,  
 Quaeque comis haerent spinae , tibi fida coroscent  
 Laetitia iugi capita . Vltro Golgatha collem ,  
 Vltima passurus , scandis : torquendus in imas  
 Olim ne fauces Erebi descendere cogar .  
 Latrones inter medius , sanctissime Jesu ,  
 Pendes , & scelerum turmae latera vtraque cingunt ,  
 Felleaque , infandum ! sicuti pocula praebent ,  
 Plenis iactantes in te coauicia plaustris :  
 Ut genios inter , post ultima fata , recumbens  
 Ore bibam roseo nectar coniuua beatus  
 Aeternum . Moreris placide , lacrumosaque linquens  
 Castra hominum repetit patrias mens enthea fedes .  
 At quid ? & exanimum pectus fodit impius Harpax ,  
 Ac ferus , o dirum facinus ! frigentis sicut  
 In latera ; — Et leti vis improuisa nocenti  
 Me rapiet celo fixum . Quid ? Ad aethera callis  
 Iam paret ; ad vitam per te via clausa reclusa est ,  
 Si mors si Satanus , si vox durissima legis  
 Territet ac daminet , superi si nominiq[ue] ira  
 Fulminet : effossi lateris mihi vulnus asylum est .

Tandem defunctus bello , quo concidit agmen  
 Tartareum strage optata , tenebrosa sepulcri  
 Tecta subis , redditurus abis , post crebra quiescis  
 Praelia ; post curas , luctus , suspiria , planctus ,  
 Tot fessum fractumque malis iuuat ire sub umbras  
 Quaque premunt animum & corpus , cum corpore , leti  
 Tam vili spolio , gremio deponere terrae  
 E vita volupe est reddituro exire . — Valere !



Tantis quod referat meritis , mens , dextera , lingua  
 Nil reperit. Memet , Iesu , tibi mancipio. Iesu ,  
 Per spinas te perque rosas sequar alite gressu.  
 Grates pro meritis tot , tantis , talibus aequas  
 Non opis est nostrae tibi soluere. Nec tamen vniquam  
 Seu veniente die seu decadente Camenae  
 Cessabunt celebrare nouo tua nomina versu.  
 Ante suos ergo cursus confusa migrabunt  
 Sidera , solueretur Pas non violabile caeli :  
 Quam benefacta tui labantur Numinis alta  
 Mente , tuisque fociis mea munera turaue desint.

### Segnitie s.

**C**lastralio gens sacra choro , cui fronde virenti  
 Nequit Apollo comam , rerumque arcana recludens  
 Pierio doctas dedit immersisse liquori  
 Vatum animas : quae caussa fuit melioribus olim  
 Ingeniis , dubiam tanto certamine famam  
 Et laudum tentare vias ; dum nescia veri  
 Fabula , pellacesque ioci , risusque salesque ,  
 Fictaque facundis miscentur praelia chartis ?

Non aliud docto quondam molita labore est  
 Maeonii mens alta senis , quum faxa Charybdis  
 Naufragia , quum Scyllae rabien , quum lurida Circes  
 Pocula , Sirenasque canit ; quoque inter amores  
 Penelope trahat arte procos , dum lenta diurnae  
 Stamina praetextae diffingit callida telae  
 Tuque , decus vatum & numquam moritura Maronis  
 Vena , quid Aeneae decantas praelia versu ,  
 Augusto placitura tuo ; mentitaque Eliseae  
 Foedera connubii , miseri post fata Sichaei  
 Dardanio iurata duci ? Tuque vnica gentis  
 Gloria Pelignae , lasciuo prodere cantu  
 Semina nequitiae gaudes , vitiisque recludis  
 Per Veneris fomenta viam. Sic plurima vatum

Ma-



Materies non digna cani ; huic dum fabula Daphnes,  
 Aut Phlegethontea facie furibunda Megaera  
 Ficta placer. Niobes alius suspiria matris  
 Exanimis inter natos natasque virumque  
 Commemorat. Turpes alius modulatur amores ;  
 Semiferosque alius Centauros , Gorgonas atras  
 Harpyias , Sphingesque ardentesque ore Chimaeras ;  
 Ceteraque obscenis olim cantata poetis.

Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis  
 Raptat amor , rerumque alius mihi nascitur ordo .  
 Dicendique modus. Non iam , non bella Gigantum  
 Dis superis illata catiam , non horrida Pluti  
 Regna Patris , furiasque & diris quiequid Auerni  
 Faucibus euomir quondam Proserpina monstri ;  
 Non Phaëthonis equos , raptumque per auiā currum  
 Praecipitesque vias , non batrachomyomachiam ,  
 Non Ityos fatum , non detestanda crientae  
 Foeda Lycaoniae referam conuiua mensae.

Mens aliis distracta vacat. Nam caussa malorum ,  
*Segnities* mihi carmen erit , mollisque veterni  
 Otia , Pieris semper male grata Camenis ,  
 Profligare iuvat dignoque lacescere versu ,  
 Quo pubes inculta sui , quae prodiga semper  
 Temporis heu nimium est , stimulis agitata laborum ,  
 Sarciat annorum pulcris dispendia rebus.

O vitae miseranda dies ! O saecla nefandis  
 Luxuriosa malis ! prisci dum corda Decori  
 Longa soporatis spumant obliuia curis !  
 Haecce vota juvant ? Haec te contagia morum  
 Mortalem funesta mouent ? Sic itur ad altra  
 Aethericasque domos , augustaque limina caeli ?  
 Falleris , incatumque Boni & fallit imago.  
 Quid mentem traxisse polo , quid profuit , altum  
 Erexisse caput , quid recti ad sidera vultus  
 Ingeniumque ultra pecudes : si testa tenebris



Desidiae, densaque nimis caligine stertat  
Obruta vis animi, & diuinæ particula surae  
Serpas humi, mensque, vna suo deuota parenti  
Caelicola, illecebris Sirenum præbeat aurem,  
Excusso ceruice iugo, nullisque rebellis  
Indomita imitata feras teneatur habenis?

O pudor! Heu quantum mortalia pectora coecae  
Noctis habent! Pronam paullo, precor, erige mentem,  
Et mecum ingentes caeli spatiare per oras  
Siderensque domos: Haec indubitate laborum  
Muta tibi documenta dabunt, ne foeda residat  
Segnities animo, celsamque ab origine mentem  
Deiiciat. Magnos heroum exosa labores  
Adspice, & exemplar vitae mortumque magistra  
Sit tibi cura Dei, qua tot labentibus annis  
Terram quam valido sapiens suspenderat axe,  
Fulcit adhuc, iustoque tener moderamine, vt instar  
Rupis & Icarii scopuli inconcussa perennet.  
Sol, qui flammiferis mundum complexus habenis  
Voluit inexhausto redeundi saecula motu,  
Itque reditur viam toties, patiensque laborum  
Solemnus relegit sua per vestigia cursus.  
Cernis, vt ex ortu gelidis nitidissimus Euri  
Surgat aquis vultusque rubens, rapidoque coruscans  
Purpureum vehat axe diem, tenebrasque serena  
Luce fecer, flexoque emensus tramite cursum  
Cedat & Hesperias iterum festinet ad vndas,  
Oceano tinteturus equos. Quid Iuna? Putasne  
Ignauam torpore situ, segnemque tueri,  
Quas gremio comprehendir opes natura patenti?  
Non ita. Sed vasti steterit dum machina mundi,  
Oceanus clausum dum fluctibus ambiet orbem,  
Luna quater variat spatio sua cornua mensis;  
Ignibus alterius, magnum & memorabile! solis  
Luistratur radiis, qui dum duodena quotannis  
Signa petit, curui dirimens confinia caeli,  
Perpnum circa terras raptatur in orbem.  
Hinc bruma, hinc aestas, hinc ver, autumnus, & anni

Mille



Mille vices. Viden' ut tepido sata laeta ministret  
 Terra sinu, floresque & odoriferos hyacinthos,  
 Narcissumque crocumque & quicquid purpureum ver  
 Spirat lians : contra rigidis constricta pruinis  
 Puniceo numquam florum vernabit amictu,  
 Gramina nec campis redditura, aut messibus aetas,  
 Si pigro stent astra polo atque immota quiescant  
 Sidera , si nulla foueant vertigine mundum ;  
 Tunc campos torpere gelu, dumisque referta  
 Rura vides , tribulosque incultis nascier agris.

Quin etiam , (si parua licet componere magnis)  
 Adspice ! venturae metuens formica senectae  
 Exeretur humo , vigilanteque excita cura  
 Vrget opus , celerique gradu , mirabile visu !  
 It nigrum campis agmen , praedamque per herbas  
 Convectant calle angusto ; pars pinguis trudunt  
 Obnixae frumenta humeris , pars agmina cogunt  
 Castigantque moras ; opere omnis semita feruer.  
 Talis apes aestate noua per florea rura  
 Exerceat sub sole labor , quin gentis adultos  
 Educunt foetus , aut quam liquentia mella  
 Stipant & dulci distendunt nectare cellas ,  
 Aut onera accipiunt venientium , aut agmine facta  
 Fucos , ignauum pecus , a praesepibus arcent ;  
 Feruer opus , redolentque thymo fragrantia mella.

Solus homo , immensi decus admirabile mundi ;  
 Cui celso mens orta polo & caelestibus auris  
 Haec nouisse dedit , turpi correpta veterno  
 Otia & elumbem , damnatrixemque laborum  
 Desidiam securus amet ? blandoque veneno  
 Segnitia virtus paullatim evicta repeusat ?  
 Quaeque boni quondam , primaque ab origine , caelo  
 Semina deduxit , pereant & sopitaque pasim  
 Altaque diuinam teneant obliuia stirpem ?  
 Non ita degeneres animae , nimiumque supine  
 Otia qui teritis , studiorum incumbite curis !  
 Quae mora vos retinet ? Generosam accingite mentem



Ad decus ! O philtro nimium fucata doloso,  
 Languida segnities , Veneris fomenta ministrans ,  
 Foedaque dilatrix operum , malefusa laborum ,  
 Et scelerum commune caput ! Pro ! quanta dedisti  
 Funera ! quo fundo subuersa palatia , quotque  
 Deiectas acies & turpi strage phalanges !  
 Quor pulchrae heroum animae & celebrata triumphis  
 Nomina tartareis per te damnata tenebris !  
 Ah quotes largo nimium sopita Lyaeo  
 Castra truces sensere manus ! dum bellica foedo  
 Squalent arma situ ; multosque inarata per annos  
 Praedia deuictisque patent custodibus urbes  
 Ipse , cui roties niueis inuenta quadrigis  
 Incluta perruptras patefecit gloria portas ,  
 Iessiades , magni soboles generosa parentis ,  
 Armorum bellique satur , Martisque triumphos  
 Pertaeus spectare diu , quem vincere Mauors .  
 Nec regum potuere minae , pro ! dedecus aeui !  
 Marcida securum vicerunt otia regem ;  
 Desidiam sectatur iners , castrisque reliquis  
 Inquinat Vriae sacrae cubilia ferui  
 Turpis adulterii macula , infontemque necari  
 Bellerophonteis tabulis iuber , intima rumpens  
 Foedera connubii & casti pia vincula lecti .

Heu miserum ! Heu segnem ! Tanto nempe otia semper  
 Stant discincta suis , socorsque ignavia menti !  
 Contra , quanta labor , quantos vigilantia rerum  
 Successus dederit , quantisque tropaea triumphis ,  
 Si enumerem , reddit dubium me copia . Vultis  
 Exempla ? Antiquos , quaequo , percurrite fastos  
 Et veterum monumenta virum concredita chartis .  
 Scilicet astra petit labor impetrab ; ille Deorum  
 Dat mensis epalisque accumbere . Nil sine magno  
 Vita labore dedit mortaliibus . Ille parentes  
 Palladis ad portas & sacra palatia Phoebi  
 Excubat insomnis ; nec fas descendere cuiquam  
 Thespianum Aonios montes , socordia vecors  
 Quem tenet . Heic morum probitas , heic nescia falsi

Relli-



Relligio colitur pietasque , heic totus olympus  
 Naturaeque arcana patent , elementaque mundi.  
 Heic tibi Socraticos offendit pagina mores  
 Et vitae melioris iter ; sperare coronam  
 Hinc iuuar. Hinc, iuuenes, summa ad fastigia laudum  
 Illustri datur ire via , quo splendida virtus  
 Vos vocat incolumisque trahit reuerentia famae.

Desidiae indultum satis est. Quid marcida captas  
 Otia , Musarum duros exosa labores ?  
 Dignior ingenii merces exsurgit. Amanti  
 Cuncta patent. Labor ille tuus tibi proderit olim.  
 Huc aduerre , Piger ! Stimulos dabit aemula virtus  
 Excita , dum frontem tibi flos iuuenilis inumbra,  
 Ne sero traestanda gemas , generosa propago ,  
 Doctrinae studiosa cohors , per sacra Mineruae  
 Vos precor , haec animis penitusque infigit menti ,  
 Quae loquor. Extinctae redeant in pectora flammæ.  
 Antraque Pieridum , Parnasseique recessus ,  
 Dum compos mens ipsa sui est , dum certa facultas ,  
 Dum ratio tempusque finunt , dum flexilis aetas.

Segnitiae cur tantus amor ? Cur lapsa rueri  
 Tempora sit studium ? Non haec veneranda Catonis  
 Norma iubet , Samiique Senis. Dispensia vitae  
 Prædiga , distractis nimium damnosa Camenis ,  
 Degeneres produnt animas ; dum præterit aetas  
 Et vaga præcipiti volvuntur tempora lapsu ,  
 Non vlo reditura die ; tridirque priorem  
 Hora sequens , peraguntque leui sua stamina fuso  
 Concordes stabili fatorum numine Parcae.  
 Nec nasci bis posse datur ; fugit hora , nec unquam  
 Quod retro est , reuocare dies potuere sequentes.  
 Vtendum est aetate , dies ne te ultimus atris  
 Demersum tenebris sterili deprendat in actu.  
 Torpor iners animum , validosque effeminat artus  
 Mollities. Quem Musa sibi deuinxit aluminum ,  
 Non ita. Sed meliora vouens , peccusque animumque.





Si quis in ore pudor, virtusue in corde resedit,  
Acribus exagit stimulis. His suffice vires,  
Ne te transactae capiant mala taedia vitae.  
Inuenies virtute viam; caeloque beabit  
Mens iniusta malis. Manet hos praeclara labores  
Gloria, circumfusus honos, bustoque superstes  
Nomen, & aeternum virtus memoranda per ævum;  
Dignaque siderea post fata in sede locari.

---

### Torpor.

**E**st vallis, circum intonsi quam vertice montes  
Umbroso claudunt, aeterna nocte sepultam;  
In qua muscosam Torpor de vimine lento,  
Non saecli vnius sudore, casam est molitus,  
Oblitus testo ventos defendere & imbræ.  
Tandem confedit fessus, nec surgere lumbos  
Ex illo quiuit. Qua sedit, sede moratur  
Expectans. Et nunc declinat lumina somno,  
Dextra aurem fultus; nunc iejuno oscitat ore;  
Nunc totum inflexa corpus ceruice supinat.  
Et si quando alacer rapit impetus, ut testudo,  
Paullatim ex laeva dextrosum parte volutat  
Abdomen, gliris quod sensim extenditur instar,  
Non esu tam, quam somno. Si force paratas  
Apponas mensas: quae sint triclinia tentat,  
Hac parte accumbit, qua sunt mollissima. Iamque  
Post horam tangit lances, ridere cauero!  
Commotos rursus Morpheus mox occupat artus.  
In ius considit marcescens dextra, nec vtam  
Adtractamque adflat; somni vis fortior igne est.  
Quin obdormiscens cuiuslibet instrumenta  
Sensus vitaque vsum amisisse videtur.  
Securus sternens vtramuis dormit in aurem,  
Et bullans ronchos tota efflat corpore somnum.  
Atque imos tandem somnus quum obrepserit artus:  
Non Harpyiarum clangores, rauca nec aeris

Tin-



Tinnimenta audit, vocem nec Stentoris audit,  
 Qui tantum, quantum (mirabile !) quinquaginta  
 Vocales rictant barri, clamabat. Inertem  
 Et confosipit lenaeo membra veterno  
 Aprugnae exhalans nidor non excitat astie,  
 Non lenaeorum donorum spiritus; exigit  
 Suffitum frustra callosis naribus inflas,  
 Frustra praegnamenta saeuo foetore Mephitis,  
 Exfusum credas aeterna morte sepultum.  
 Viuit, dum spirat. Viuit. Sed quaeritur, unde?  
 An sola credas Torporem vescier aura?  
 Aut fannem perfert, aur talos fugit, vt vrsi,  
 Et lento viuos morfu depascitur vngues,  
 Aut longi, vt glires somno ieiunia pascit.

Felicem quisquis contendis viuere vitam,  
 Hoc vites monstrum, queſo, peius cane & angue,  
 Et procul, o procul hinc fugias. Latet anguis in herba,  
 Contactu adflatuque, immo viſu nocet ipſo,  
 Et, pifcatores quod de torpedine narrant,  
 Infectis viro diffundit flamina venis.  
 Monstrum hoc qui tangit, torpescit. Tangere noli!

### Leſſus Funebris

quem

I O. T A C. R O E V E R O ,

Ciuitatis Magdeb. Consuli Sacrum esse iubebat Senatus

Magdeburgensis.

cclxci.

**E**heu ! Quām tenui pendent mortalia filo !

Quāmque est fors hominum refluis incerior vndis !

Quem vigilem vegetumque diu consperimus omnes

Laeti ac a mortis letali cuspide tutum,

Quemque adeo egregie legum rerumque peritum

Vexit ad eximium Rex noster culmen honoris ;

Quem





Quem coluere boni ciues virtute coruscum,  
 Dexteritate grauem; meritis qui iugiter ipsos  
 Haud contemnendis sibi nos deuinxerat, eheu!  
 Occubuit *Roeuerus*, amatus ab omnibus, aequi  
 Vir fuitque tenax, semperque perutilis viri.  
 Nec quicquam gemirus pauido sub pectore moestos  
 Comprimimus, defuncte Senex caeloque locate;  
 Haud sane id pietas finit, haud affectus amoris.  
 Te querimur raptum vitae florentibus annis,  
 Qui Pylios meruit vitam usurpare per annos.  
 Nec mirum. Tu ciuis amor; te pectore grato  
 Delicias pia turba suas gestatque souerque;  
 Te celebrant iuuenesque senesque, docenque nepotes.  
 Collectas laudes quippe & decora alta peractae  
 Aetatis longe reuocant, tacitique retexunt  
 Tot vigiles curas, tot cunctis mascula rebus  
 Consilia & cautos per dura, per aspera sensus,  
 Et mentem memores per facta illustria ducunt.  
 Scilicet hoc animus generoso plenus Honesto,  
 Et niueum, Restoque studens super omnia pectus  
 Efficit, Et mentis celiae vigor igneus, artesque  
 Ingenitae, *Roeuere*, tibi. Quod pulcra nitescit  
 Parthenope, & cultas inter caput extulit vrbes,  
 Et quod Cecropiis nunc aemula certat Athenis,  
 Id studiis plerumque tuis, sociis laborum  
 Debetur. Te templa suis solidata columnis  
 Portarumque forique decor, reparataque nouit  
 Curia. Te liquidi fontes & amoena vireta,  
 Teque nemus circa gratum frondentibus umbris,  
 Et patulæ resonant siluae, & tua nomina seruant.  
 O fortunatas vrbes, o moenia magnis  
 Cara nimis superis, quorum tot commoda firmant  
 Magnanimi Patres, & queis tam candida semper  
 Saecla fluunt! Is surgit honos, quo tempore ubique  
 Tot saeuis arcis Mauors quatit horridus armis  
 Tot per fumantes campos iqualentia arua  
 Vrbes, supremis passae sua funera satis  
 Procubuerunt, iacentque, cadavera foeda, ruinis.

Par-



\* \* \*

Parthenope , dilecta Deo , cui talia praesunt  
 Numinis ! Felices & terque quaterque beatos  
 Ciues ! quos consul tenero amplexatur amore ,  
 Deliciae gaudens populique patrque vocari ;  
 Fasque Nefasque inter cauillarum examina librans ,  
 Et iuris nodos , legumque aenigmata solvens ,  
 Pellaeo melius , animoque auisque secundis  
 Sedulus in commune Bonum , pacemque laborans .  
 Hic Decios , hic Sulpicios , hic Papinianos ,  
 Hic Caios superat , sapienti numine doctus ,  
 Quae sit norma Boni , quis sancti limes Honesti ,  
 Quae ciues deceat virtus , quae commoder vrbi ,  
 Quae valide possint aegrae fomenta mederi .

Talis Nofer erat . Nitidumque ut splendida spargunt  
 Astra iubar : Sic Roeneri quoque didita fama  
 Diffundet magnum & semper memorabile nomen .  
 Te foras mirantur ; te summa laude Senatus  
 Effert , & meritos reddit tibi Curia plausus .  
 Splendescensque decus . Roenere beate , triumphas !  
 Esto modus lacruminis ! Non es demortuus omnis ,  
 Sed speciosa tui melior pars altra periuit ,  
 Pace fruuntur vbi similes tibi Iuris amantes ,  
 Quos ardens pariter virtus aquauit olympos .  
 Adspicis & celebras laetos sine fine triumphos ,  
 Despicis has fordes , & totum despicias orbem ;  
 Sulpicis , aurato qui te splendore beatum  
 Excipit , & patulis te saluum amplectitur vlnis .

Euge , beate Senex , cunctis erepte periclis !  
 Gratamur coniuncti , oneratus & aethera votis ,  
 Aeternos profint tibi duratura per annos  
 Gaudia . Dum lumen nobis vitale manebit :  
 Carminibus numquam nostris indictus abibis .  
 Moestae solamen viduae , nuruique gementi  
 Tu tamen ipse manu , Deus elargire benigna .

---

Fragmen-





## Fragmentum

## Carminis in Resurrectionem Christi

**P**ana Deum cano, Pana Deum! Pan, ecce, resurgit!  
 Virgine Pan natusque Deo. Generosa beatæ  
 Matris hic est sine patre, patris sine matre propago;  
 Mel viriusque; Rosa ingentis pulcherrima caeli.  
 A patre aeternus, matris de faece caducum  
 Traxit principium. Triginta vixerat annos  
 Et tenuis; quarto crudeli morte peremptus  
 Occidit, ante diem quartum reuocatus ab umbris.  
 Pan Deus occisus vixit, vitamque recepit.

Pana Deum cano, Pana Deum! Pan, ecce, resurgit!  
 Praebuit in pratis vitam Pan floribus ille,  
 Aegipyroque, crocoque, thymoque & lychnidi pulcræ,  
 Mollibus & violis, & purpureo narciso,  
 Fraxino, & excelsis pinis, & quercubus altis,  
 Populo & umbrosis ulmis, nucibusque rubrisque  
 Malis atque pirus, cerasisque, atque omnibus herbis.  
 Plantisque omnigenis, quæ reperiuntur in hortis.  
 Pan Deus occisus vixit, vitamque recepit.

ALEXANDRO GOTTLIEB BAVMGARTENIO  
 Summos in Philosophia Honores gratulantur  
 Amici.  
 1700ccxxxv.

**C**ooperat humanos dulci mulcere labores  
 Nox somno, lateque nigras diffuderat umbras;  
 Trux leo, pardus atrox inter spelaea latebant;  
 Nil nisi per totam iucunda silentia terram:  
 Desessis quum blanda quies obrepit ocellis,  
 Furtim ante insidians; Menti tunc mille figuræ

Obue-

Obuenere meae ; sic suppeditauerat ipse  
 Morpheus. In primis , ferro redimita decoro ,  
 Arboreosque gerens fetus Pomona canistro ,  
 Sic mihi visa loqui : Noui , tua gaudia cultos  
 Vsque fuisse horros ; quod sint pomaria curae.  
 Surge , age , linque torum , mecum spatiabere gressu  
 Leni , quaeque mihi parent , mirabere regna.  
 Panditur , en , nobis pulcherrimus arte , parique  
 Ingenio fructuque suo nitidissimus hortus.  
 Laudibus immodicis tollantur Adonis horti :  
 Collati nostro cedent ; distant , ut Nilus & Albis  
 Inter se spatio variant. Tunc ista stupenti ,  
 Sicut erat , Pomona mihi pomaria laeta  
 Contemplanda dedit. Viridis quae gratia terrae  
 Ridebat ! quantusque nitor discrimine multo  
 Lumina stringebat ! Veluti si nubibus Iris  
 Discolor apparer , vario decorata colore ,  
 Qui mire est mixtus , fallensque volare lumen.  
 Iamque piros spectare licet , capitataque poma ;  
 Picta putes studio , dextra nisi tangere posses.  
 Sunt suaves cerasi , sunt mollia fraga , palato  
 Dulcia , suntque nuces multae , quibus optima fors est.  
 Melapia hic carpis , carpis præcoccia mala ,  
 Et quae poma Cydon Cræae misit ab oris.  
 Ordine stant positæ vites , quae munere largo  
 Innumeris turgent vuia. Hinc frondibus altis  
 Fagus opaca virer , peramica petentibus umbras.  
 Hinc quoque castaneas , hederas hinc serpere cernis ,  
 Et cerasos , mirum est , alienis crescere ramis,  
 Enumerem reliquos fetus ? Ast illa relinquo  
 Quæs volupe est. Fessa viridis iam panditur herba .  
 Qua recubare iuuat , zephyrisque adstantibus auram  
 Sentio ; mordaces curae procul esse iubentur.  
 Post tergum tremulo trepidabat murmure viuus  
 Dulce sonans , lateque vndas per gramina fundens.  
 Interea calathis pueri mihi poma ferebant ;





Illis dum vescor : sensus modulamine festo  
 Exhilarabat auis , lepidis quae flexibus vrens  
 Vocem mirifice vibrat. Sed somnia turbat  
 Lux properans , gelidis simul aufugientibus umbris.  
 Additur , ecce , fides ; nec me cito lusit imago.  
 Hicque fauente dies Ioua distin<sup>t</sup>ius offert ,  
 Somnus quae tacite mihi significauerat ante.  
 Praemia qui gestas fudoris , amate Magister ,  
 Digna , magisterium ; tibi dant pomaria nomen.  
 Nomen & omen habes. Numen tibi largitur alnum  
 Concessit dotes , quotquot natura recepit ,  
 Dotes , queis fulsit vix umquam insignior alter.  
 Te gremio Charites prima de matre cadentem  
 Suscepere suo , fictum meliore metallo.  
 Vix pede formabas gressus , quum multa doceri  
 Poscis . & intrepide Musarum tec*ta* salutas.  
 O quod non studium , discendique igneus ardor  
 Pectore semper erat ! Me dicere plura volentem  
 Deficiunt vires. Haec lux velut exitus acta  
 Proponit nobis , qua quilibet omne fausto  
 Acclamat , laurique tibi qua tempora cingunt.  
 O studiofa cohors , castra quae castra Mineruae  
 Preesse sectaris , pedibus properantibus addis !  
 Vos , quibus intererit viridi recrearier horto ,  
 Arboribus fructus pendentes carpite plenis.  
 Hunc , Vir doce , Deus texto tibi sepiat hortum  
 Hostibus in mediis , hunc fertilis irriget imber  
 Augeat & fetus caelum bona cuncta ministrans.  
 Iamque igitur laetare Deo , laetareque donis ,  
 Quae dedit alma manus. Iam felix omnia confer  
 In commune bonum , plantando , rigando , putando ;  
 Insere , singe piros , cernent tua poma nepotes

---

Elegi.



## Elegi.

## Academia Fridericana.

cIcIccXXXIV.

**H**esperias quando descendit Phoebus in vndas,  
 Et iuga defessis Hera resoluit equis:  
 Subducunt reliquam nocturna crepuscula lucem,  
 Et tandem mundum nox tegit, umbra tegit.  
 Spargitur interea caelum splendentibus astris,  
 Astris, quae noctes lampadis instar habent,  
 Ignis is aethoreus praebet noua lumina terrae,  
 Ostenditque tibi, lassae viator, iter,  
 Sidera quae condit, semper nox tristior illa est,  
 Lumina qua caeli laeta videre licet.  
 Quis negat in tenebris nos viuere, perdita verae  
 Ex quo caelestis lucis imago fuit?  
 Hanc Academiae minnunt, ut sidera, noctem;  
 Tollere Iustitiae lumine Solis erit,  
 Diuerso tamen ut stellae splendore coruscant:  
 Sic Academias non decus ornat idem.  
 Quantum inter flaminas eluet luna minores,  
 Quantum partia praedita sidera luce Leo:  
 Tantum Academias inter iubar exultie omnes.  
 Laudanda hoc tenui Fridericana modo,  
 Fridriciana, tuo porius cantanda Marchi,  
 Mantua, quam viles, rustica regna, boves.  
 Nunc mihi, nunc elegis impensa haec pondera nostris,  
 Pondera, & heroë vix toleranda pedi.  
 Suscipiam tamen illa: licet non carmina digna  
 Lumine cantarem, Fridriciana, tuo.  
 Terrarum montes & filias umbra tenebat,  
 Alta quies homines, lumina fessa sopor.  
 Lux oritur. Subito caelo Sapientia ab alto  
 Descendit; caelum nam Sapientia amat.  
 Eminus adspiciens diffusa Borussica rura,  
 Te petit & muros, Marchica Roma, tuos.

H

Non





Non qualis magnum , Suecos ut pelleret hostes ,  
     Quondam hortata patrem , Rex Friderice , tuum eit ;  
 Non qualis tibi tela ferens ac aegida quondam  
     Gallorum hostiles fundere fuisse opes :  
 Sed qualis monuit Carolum cognomine Magnum ,  
     Primam in Teutonica conderet urbe scholam .  
 Aut qualis iussit Francorum nomine clarum  
     Condere Gymnasium Nestora ; talis erat .  
 Tali habitu , tali splendens Sapientia vultu  
     Principis ingreditur , regia recta , domum .  
 Obstupe omnes circum conduae iacentes ,  
     In quo , qui petitur , Dux Fridericus erat .  
 Illa , quis obstat ? penetralia Principis intrat .  
     Territus ipse quidem est , illa sed ante torum .  
 Pone metus , inquit , Friderico nate Guilelmo ,  
     Magne heros , nam non , quod verearisi , adeit .  
 Nominis , Elector Friderice , per aethera surgit  
     Et venit ad superos gloria magna tui .  
 Te canit Austriacus , Scythicus timet Ister eundem ,  
     Ac Euro nomen narrat vterque tuum .  
 Clara paludosī celebrant tua facta Sicambri ,  
     Gallus in Hesperias sanguine scribit aquas .  
 Sic tibi det plures victoria multa triumphos ,  
     Accedant sceptris sic noua sceptra tuis :  
 Annue consiliis , ego sum Sapientia , nostraris ;  
     Obsequii mercēs , crede , perennis erit .  
 Bella furunt , video doctas errare cohortes ;  
     His Academiae conditō templa nouae .  
 Vrbs iacet ad Salam , vbi quondam Debrebora fluebat ,  
     Iamque fluīt . Nomen dicitur vribis Halae .  
 Commodus hospitio locus eft , illustreque asylūm ,  
     Ingenuas artes quo tueamur , erit .  
 Dixerat , ac abiens Sapientia ad aethera scandit :  
     Atque Acadēmiam condidit ille nouam .  
 Est noua & a multis superatur honore senectas ;  
     Quid resert ? Cedunt saepe venusta nouis .  
 Degeneri laus est veteris quinquatria cerae  
     Et numerare atavos dimidiosque patres ?

Sic



Sic Academiis quis honor? Num sola vetustas?  
 Floret, florebit Fridriciana noua.  
 Est noua, sed perfecta tamen. Res mira videtur?  
 Vera loquor. Testes Fridriciana dabit,  
 Quaeris Theiologos, Medicos, Legumque magistros,  
 Doctoresque Sophos? Fridriciana dabit.  
 Theiologo quasi sunt oculi duo, Biblia dexter,  
 Alter, quae tentat quaeque docenda facit.  
 Heic, nisi stultus amor tenebrarum forte repugnet,  
 Redditus ad visus apus vterque videt.  
 Sicut, vbi glacie rigidas Notus induit vndas,  
 Calcari poterunt flumina, nulla bibi:  
 Sic, nisi linguatum thoraca industria frangat,  
 Sancta liber semper Biblia clausus erunt.  
 Frangit Halae Exegeis; & hinc mare reddit apertum;  
 Nunc bibe, nunc facilis da tua vela fallo.  
 Da tua vela; time nullas, pie nauta, procellas,  
 Nam tibi Tiphys adest & Palinurus Halae.  
 Mergere necareo, numquam saturande, profundo;  
 Tantalus hand istis fallitur vllus aquis.  
 Mergere, si qua fides. Quid glandes fruge, videbis,  
 Quid distent puro flumina crassa mero.  
 Nostrates oculum simul armavere finistrum,  
 Vrgendo studium cum pietate piuin.  
 Dic, vbi, qui tali flagrant in Numen amore?  
 Dic, vbi, qui summum sic coluere Deum?  
 Fridriciana habuit semper, quae gratia caeli!  
 Theiologos doctos, Theiologosque pios.  
 Inuida nulla moror stolidae mendacia linguae;  
 Haec mea vera vider, qui, vider esse diem.  
 Nunc defensores Themidos, Iurisque peritos  
 Narrare, atque forent iura canenda mihi.  
 Sunt autem mihi, iura recondita pandectarum,  
 Nec Iustiniani Bibliotheca patet.  
 Et fontes poenis compescere nescio, quique  
 Cinica pro trepidis arma ferenda reis.  
 Veridicæ hinc potius, Lector, instissima Famae  
 Iudicia heic liceat supposuisse meis.



Haec, quum Iustitiae primos aliquando patronos  
 Iurat pro meritis enumerare suis :  
 Primos Consultos Iuris narrabat Halenses ;  
 Hinc quanrus cathedralae splendor, honorque fori !  
 Pergit & ad reliquos reliquarum deinde scholarum,  
 Nec spoliat quemquam laudibus aqua suis.  
 Interea Noftros montes filiaeque loquuntur,  
 Vnde foni fractum sic redeuntis iter.  
 Credite, luctabat necquicquam, audire sequentes,  
 Nostrorum usque adeo nomen ubique sonat.  
 Quare progrediens cantabo Machaonis artem ;  
 Ars mihi cur muto muta tacenda foret ?  
 Non satis est medico morbos bene noscere Halensi,  
 Herbarum vires noscere, non satis est.  
 Regnum animae reddit, cuius dum iussa capessit,  
 Se faragit feruas applicuisse manus.  
 Huc cygnos Latios, huc commigrasse Pelasgos,  
 Fors non difficile est credere ; utriusque prope.  
 Narrabo miranda magis. Quae lingua Sabaeo,  
 Aerhiopi ac Arabi nota, docetur Halae.  
 Nec Sophiae minus haec Academia gignit amicos,  
 Quos eriam natos libera mater alit.  
 Tu potes hic gaudere, cohors studiosa Sophiorum  
 Quae pia, quod tuto nunc licet ore loqui  
 Lex academias reliquas fere continet omnes ;  
 Dogmata vera quidem : sunt reticenda tamen.  
 Magnus Aristoteles regno sceptroque potitur,  
 Multaque vera, illo falsa docente, latent.  
 Sic superat stellas ex omni parte minores,  
 Et sic luce onnes Fridriciana praedit.  
 Et veluti magnum sidus, Sol, splendet & ardet,  
 Atque simul terras luce calere facit :  
 Sic schola, quam caninus, radios emisit in orbem  
 Illos ex terris quae videt, illa calet.  
 Non solum calet. Et fructus iam protulit omnis.  
 Protulit & fructus ? Messis & vber adest.  
 Fridriciana, tuos quis connumerare poeta  
 Fructus, & numero sat celebrare potest ?

Mira



Mira cano, sed vera cano tamen. Ite per orbem,  
 Et illustrare omnem, quae modo terra parer.  
 Pergite per populos, alio sub sole calentes;  
 Ite per Eeos, ite per Hesperios.  
 Per terram cuius praeterfluit, ynda Duinae  
 Frigora, quamque suo flumine Wolga riget.  
 Quid? quod arenosi longas Gangeris ad oras  
 Si quis dicendis credere nolit, eat.  
 Pascere pastores illic cernetis ovesque;  
 Fabula sumferunt ynde, rogatis? *Hala.*  
 Offenderis ibi multos, qui semina spargunt;  
 Quaeritis ynde ferant ista? refertur: *Hala.*  
 Pergite, mellsis erit flauescens obvia vobis,  
 Et quae iam lectas area cepit opes.  
 Messores aderunt rari. Quaerentibus ynde  
 Falces accipiunt, reicietur: *Hala.*  
 Pacis praecones auditis laeta sonantes;  
 Quaeritis, ynde tubas? Et resonabit: *Hala.*  
 Agmina procedunt; arma & si quaeritis ynde,  
 Vnde duces? semper percipietis: *Hala.*  
 Nuper ego incertam vidi nutare bilancem  
 Iustitiae, & dubia pondera lapsa manu:  
 Sed confirmauit Iuris Consultus Halensis  
 Cum manibus libram, mox ea certa stetit.  
 Nuper ego innocuos vidi cum fontibus illam  
 Coeco cumque malis ense ferire bonos;  
 Sed nostri Iuris mox accurrere Periti:  
 Infantes abeunt, iudicat aqua reos.  
 Nuper ego vidi crudeli falce metentem  
 Cum senibus iuuenes & modo nata Necem.  
 Nullus erit porro morbus medicabilis herbis?  
 Dicebam; miseris non feret ullus opem?  
 Dicebam. Hallensis praefto fuit, ecce, Machaon!  
 Subsedit rabies mortis, & aegra valent.  
 Externas aliquando mihi peragrare videbar  
 Terras; obstupui! Nam nouus orbis erat.  
 Ipse mihi dixi: Saeclorum Stoicus ordo,  
 De quo multa ferunt, forte volutus erit.





Apparet mihi Rōma vetus , bimarisque Corīnthus ,  
 Cumque Mycēnaeō , qui fuit Alba , cīnis .  
 Nomina quid numero centum numeranda diebus ?  
 Non ea materies temporis huius erit .  
 Tot Thermae , Iānos vidi , Amphithēatre , Colossoe  
 Balnea , Aquaeuctus , Templa , Sepulcrā , Dēos .  
 Quot mirata diu tandem longaeua veritas  
 Esse facit , praeter nomina vana , nihil .  
 Ut vidi ! ut stupui ! Numquā reditura fuissēre  
 In tam diffusum lumina missa mare ?  
 At mihi , nescio quis , quid opus fudoribus ? inquit .  
 Omnia commodius picta videbis Halae  
 Aeris in campis pendentia Mattoleā .  
 Vidi , regali splendidiore domo .  
 At primo illa Noto ingentem midantia lapsum ,  
 Nec pes , quo flaret quolibet , ullus erat .  
 Grande , tuus dum firma Sophus fundamina ponit ,  
 Aueruncauit , Tridicām , malum .  
 Audiit haec Pietas , quae dixi , immo omnia vidit ,  
 Quam vidit , verbis plura precata tribus .  
 Salve , docta domus , dicit ; si quid pia possime  
 Vota , tui numquā finis honoris erit .  
 Hac sed lege : pio si numquā peccore nostris  
 Debita desites addere rura focis .  
 Et sic terrarum geminis ex fontibus orbem  
 Consperges vino perpetuoque sale .

Amo-



## Amoris Monumentum

I.O. MARTINO BOLZIO,

Exsulum Salisburgensium in Coloniam Georgiae Americanam  
commigrantium vocato Pastori dicatum.

ColleccXXXIII.

**V**idimus aethereum iaculari nuper Amorem,

Et tenuit metu crebra sagitta suam.

Quaeque facem flammamque tulit. Confedit in ignes,

Adspirante Deo, mundus ubique sacros.

Vixit Europae Domino gratissima tellus;

Vixit, & variis aestuat illa fociis.

Teutones & Cimbri, Prussi, Fratresque Bohemi

Tecum, non fuso plecte Britanne, calent.

Quid caeli numero stellas modiosque Iosephi?

Quid sobolem, sobolis diues Abrame, tuam?

Non vicina loquar. Longos veniamus ad Indos.

Iustitiae hos etiam feruere sole putas?

Feruerunt. Penetravit Amor, penetravit ad Indos!

Huc quoque sunt certa spicula missa manu.

Quid Phaethonteos tortes tortesque, poetae

Mendaces, celebrant carmina vestra' rogos?

Huc oculos aduerte piros! Incendia caeli

Specta, rite frui lumine quisquis amas.

Vidit Amor, visoque suum non fallere cornu:

Haec volui! Flammæ, crescite, laetus ait.

Crescite, laetus ait, veteremque absumite mundum,

Nam mihi non mundus, ni flagret, ille placet.

Crescite, ne Sodoma sit opus pluuiisque Gomorrhæ;

Gratior est Stygio sulphure vester odor.

Crescite, & obductas forsan sorbere fauillas,

Vt mundus tandem flamma sit una vetus.

Quid tamen ille nouus? Non hoc calefiet ab igne?

Frigebit templi portio quarta mei?



Ite citae , sequar , ipse praeibo , citae , ite , sagittae !  
 Ite , volate , meas hue quoque ferte faces !  
 Dixerat ; & noram pharetram perit ; haec placet , inquit ;  
     Haec placet ; imposita est ; mititur ; ecce volat !  
 Ecce , volat ! Plaususque pii , pia vota sequuntur ,  
     Estque boni nostro quicquid in orbe , fauer .  
 Iustis miscemur studiis , Faustum arque bonum sit !  
     Quale , quod omnipotens vult Pater , esse solet .  
 Non sine iactura , nostroque dolore , fatemur ,  
     Repletura alium nostra lacuna locum est .  
 I tamen , i , Vir care Deo ! Non nostra , lehouae  
     Res agitur . Misit , quem veneramur , Amor .  
 I , praeunte Deo , facilemque per auias cursum  
     Reddet in offenso Lux , Via , Vita pedi .  
 I , comitante Deo , sartus testusque per vndas !  
     Eruet e ruminis fluctibus ille suum ,  
 Eruet , optata tandem poteris arena ,  
     Grex tuus , vt perhibent , exsulis exsul erit .  
 Nec tamen ex amplis magni Patris aedibus umquam  
     Exsul & extorris cum grege Pastor eris ,  
 Si breuis exsili transuerit hora , laborque .  
     Ibitis ad patrias Tuque tuique domos .  
 Nunc tamen interea , precibus Deus anquer aequis ,  
     Contingas metam , missa sagitta , tuam !  
 Tecum caelestes ignes , incendia tecum  
     Per Cauros , medias perque trahantur aquas ,  
 Fallimur ? an , caeli mutatis legibus , ortus  
     Surgis ab Hesperiis , Sol reuolute , plagis ?  
 Fallimur ? an , toties qui vidit in aequore tingi ,  
     Aequore te nasci nunc videt oceanus ?  
 Eueneri , Nouam sunt nasta crepuscula lucem ;  
     Hesperus incepit Lucifer esse nouus .  
 Occiduae fugiunt tenebrae , fugit umbra ; diesque  
     Inferunt mundo , nocte cadente , nouo .  
 Ergo sua adsidui redeunt ad aratra coloni ,  
     Ad spelaea leo , tigris & vrsia redit .

Spina



Spina, & cum tribulis dominans paliurus acutis  
 Verritur, aeternis esca futura rogis.  
 Optima inexpertae creduntur semina terrae,  
     Non sine praeclaro foenore messis erit.  
 Promittit largam bene culta Georgia messem,  
     Exspectaque audiis falcibus agricolas.  
 Culmus maturis locuples procumbit ariftis,  
     Expertus facilis solis & imbris opem.  
 Posceris ad laetos, Bolzi, tua regna, nouales;  
     Ire nefas Domino nolle volente forer.  
 Seu redeas, redeat grauis vtraque palma maniplis:  
     Seu maneas, tecum qui manet, ille Bonus.  
 Jamque vale extremum tibi dicimus, & largitur  
     Perfectorum vnu sons & origo. Vale!

## In Obitum

IO. ANASTASII FREYLINGHAUSEN

Viri de Ciuitate Dei immortaliter meriti,

clcccxxxix,

**N**unc exantlati perdi metuente laboris  
 Militiaeque operum mole solitus abis.  
 Victor, Io! gaudemus abis, multoque triumpho.  
 Nobilis, & lauro tempora cinctus abis.  
 O tibi quam dolcem pugnae peperere quietem,  
     Fortunate Senex! Gaudia quanta tenes!  
 Euge, triumphalis caput impedit, euge, corona,  
     Et palmas, belli praemia, dextra capie.  
 Membra, beate pater, circum tua fundit amictus  
     Stellis splendidior, candidiorque nunc.  
 Sancta tuus sanctae pes templa perambulat vibris,  
     Auratum cuius fulgurat omne Ianus.  
 Coetibus infereris laetissimus, euge, piorum,  
     Bigis quos nunc vexit ad astra Fides.

H 5

Nunc

Spina





Nunc das amplexus atque oculu diuidis illis,  
 Hic tibi quos Christi iunxerat alius Amor.  
*Frankius* vnu adest, & adest *Auroni* alter,  
 Cernere te quorum gestis vterque diu.  
*Tertius* accelerat Iulius *Breithauptius*, ecce,  
 Illa triple animae portio cara tuae.  
 Semper amicitiam tecum hi coluere profundam,  
 Quam nunc aegernum perpetuare licet.  
 Nunc ea amicitia est, qui nulla profundior umquam  
 Hic culta, atque illic perpetuata fuit.  
 O salut, felix pater, o saluete Beati,  
 Quis nunc cum Iesu contigit esse suo!  
 Et nos deuoti tanto viuamus Amori,  
 Donec erit nobis omnibus vnu amor.

---

Ad

**ALEXANDR. GOTTL. BAVMGARTENIVM ,**  
 quum Meditationes suas de nonnullis ad Poema pertinentibus  
 Halae publice defenderet.

E Museo Lipsiensi c: 1500ccxxxv.

**P**ofcor & Aonios, quondam mea regna, relictos  
 Scanfuris colles, iam nouis hospes ero.  
 Pofcor, & euigilat cira, quae nutrimine demto  
 Vatis in ingenio flamma sopita fuit.  
 Pofcor, & aethereo pia pectora percitus oeftro,  
 Ad sacra desuetam carmina verto lyram.  
 Si vacat, exponam paucis, quae cauſla canendi,  
 Quidque Heliconaidum fuaſit adire domos.  
 Est locus, arboribus multis obscurus & umbra,  
 Cum viridi nomen valle dedere vase.  
 Non procul a Philyres, quam condidit Otto superbam.  
 Suaue virens istud distat ab urbe nemus.  
 Circuit id ripis sinuosus Elister amoenis,  
 Vile Saxoniceſ ſumen Elister agris.

Et



Et vicina suis quererat fugacibus vndis, ambibam delapse plicet  
 Amphryso minime Plissa secunda rigat.  
 Tempe & Hamadryades haec custodire feruntur,  
 Quarum olim Phylre portio pulchra fuit.  
 Rider odorifera hic pictorum copia florum  
 Grata Dea est ciui, Lipsia, Flora monitione sui regit  
 Et quod praecipue miraberis, ordo viatuum restos omnes, quibus  
 Quas crebro volupe est ire, redire pedis.  
 Fallor? an Alcinoi nemota Hesperidumque fororum  
 Hoc superant, Ficti plus, ror, ista ferunt, satis  
 Hanc Helicona meam silvam colo, Phoebus in illa  
 Semper adest, Nemorum umbracula Phoebus amat,  
 Aestus erat, medium Titan absoluens orbem.  
 Umbraque per solicas meliubet ius vias,  
 Ire iuuat, gelidos saltus peto, frigus opacum  
 Captio per umbriferos, regna canora, specus  
 Consido tandem, paulae sub tegmine fagi, psaltes illi  
 Et meditans mentis vincula soluo, mea  
 Densus ibi soles ramus defendit acutos,  
 Et supra quaerulans multa pendit quis,  
 Vix conscripsit mei dehinc pagina prima pinacis,  
 Venerant, indo ili Graeca norante magis  
 Retrosum, ecce, mihi, quis nescio, vellicat aurem;  
 Respicio; atque additam virgo venusta mihi.  
 Haerebam dubius, quae sit? Certe est Dea, dixi;  
 Forsan & ex Dryadum est una puella choros.  
 Falleris, ipse mihi tamen; an Nymphasue Deasue  
 Christiadum lucos incoluisse putas?  
 Non tulit illa diu dubitarem, &, sum Dea, dixi, toller apertum  
 Et me *Mnemosyne*, Attica lingua vocar, propositum  
 Dixit, & adhuc siquulauit in ore ruborem, sermo enim  
 Sermonenque graui voce secura summa, est:  
 Tantane te tenet, o ingrata, ignavia, nulla  
 Ut Baumgarten sit tibi cura tui?  
 Musarum, quas Halla souer, plausisse cohortes  
 Et Paeania iuuat ter cecinisse viro.  
 Ter crepueri manus turbae, plausumque dedere  
 Laerificum, plausu ter quoque dignus erat.

Et





Et Sala caeruleis madidum caput extulit vndis,  
 Et vati gratans annuit ipsa suo.  
 Vt veni, vt stupui doctum & venerabile pectus,  
 Nec minor ingenio vis pietatis ei est.  
 Est & ei Sophiae par fama & cura Iehouae;  
 Ipsius ista mori nomen & illa veritas.  
 Nunc demum tanto sibi praefide dia Poësis  
 Redditur, & vultus induit, ecce, nouos.  
 Hoc duce, testis eris nobis, facile atque decorum est.  
 Ardua Gorgoneas rupis adire iuga.  
 Hinc age, semper enim tibi iussa capessere nostra  
 Fas fuit, atque stilum verte, Richarde, tuum.  
 Verte stilum, nam Caftalias reuocaris ad vndas;  
 Postulo tam laeta carmina laera die.  
 Finiit, atque hilari vultu Dea deinde recessit,  
 Erupique oculis seques gradumque meis.  
 Nec mora. Iussa citus sequor, & Doctissime Fautor,  
 Quae legis, haec verso carmina seribo stilo.  
 Quae, precor, explicita, mea qua munuscula semper  
 Acceptare soles, iam quoque fronte legas.  
 Debo plura quidem, fateor, sed munera magnis  
 Ignoro meritis digna referre tuis,  
 Gratulor ergo tibi, doctrinae praemia, lauros;  
 Non laurus crines impedi vna tuos.  
 Maximaen enim tibi caelestis Sapientia curae est,  
 Et Sala non paruam Palladis esse probat.  
 Te prolaturum gemini pomoeria regni,  
 In cathedris, gaudet Fridriciana, suis.  
 Fatidicas restor lauros. Deus annuit illis,  
 Multiplicatque suo vota fauore mea.  
 Ite, leues, nunc ire Elegi, saluete Magistrum,  
 Et Baumgärtnerii limen adite mei,  
 Nota via est, & erit vobis data copia fandi,  
 Dum faciles vobis porrigit ille manus.  
 Significate statim patris mittentis amorem,  
 Haud licet esse satis significasse sciām.  
 Si, quid agam, forsan queret: Te, dicithe, filias  
 Atque Tuas laudes iam resonare docet.

Et



Et prius esse suis carituras piscibus vndas,  
 Et iuga cani Haemi non habitura niues,  
 Et montes prius adscensurā haec flumina, iurat,  
 Gratia quam meriti possit abesse Tui.

Ad

I O. H E N R. L Ü T G E R V M ,

Generum atque Collegam suum.

Hiemis commoda.

cicloccxxxvi.

Buccina laudis eris, mea mufa, & pulvere spariam  
 Admonitus tandem sollicitabo lyram.  
 Mira cano multis, culpataque laudo; canenda  
 Materiem laudi frigida Bruma dabit,  
 Bellum inter ranas & mures lusit Homerus,  
 Et quis musarum, nescio, praeco fuit,  
 Atque illandati laudes Busiris exstant;  
 Laudes stultitiae, caluitique legis,  
 Virgilius culicem cantauit, Daemona Bruno,  
 Pelignusque nucem; tu, Phauorine, febrini.  
 Perfricuere asinum plures, placuitque moretum  
 Laudare auctori nominis ambigi,  
 Et crotalifria ales tibi digna, iocoſe Morhofi,  
 Visa eſt, quam caneres carmine luctifico,  
 Aclurum, cecinit Zachariae Musa celebris,  
 Muscipulanque Holdsworthi, nobilis arte Brito,  
 Quis nudantent ergo filias nudabit honore?  
 Laude sua Brumam quis celebrare vetat?  
 Quis vetat alta iugi mirari dorsa nitentis,  
 Attentaque niuis voluere mente globos?  
 Nam Deus in terris pelagoque stupenda reliquit  
 Sub glacie & fracta reperienda niue,  
 Frigora fæua querens quaeris fortassis amoenos  
 Colles, in viridi lilia quaeris agro.

Cum

Et



Cum vento campos infectis frigora purgant ;  
 Velamenque niuis lilia tua tegit.  
 Interaeque gelu minuent penetrabile ligna ;  
 Ligna boni quantum donum hiemale Dei !  
 Arboris autumno rami dant pomam feraci ,  
 Vmbram , vbi siccatos Sirius vrit agros .  
 Frondescunt , ridentque tibi , si quando recurrat  
 Et terras aperit veris amoena dies .  
 Frigore consistant annies , altaque laboret  
 Silua niue , & rigeat iam capita alba nemus :  
 Scinde , secaque trabes sudans , & largius igni  
 Lignis impostis foluere disce gelu .  
 Attamen vmbriteros hortos & gaudia veris ,  
 Quae tibi Bruma negat , forte , Epicure , doles .  
 Quid male sane doles ? Hiemis quoque tempora leta ,  
 Quaeque puto parui non facienda , dabunt .  
 Ut iuuat igniuomis refupinum adsidere lignis ,  
 Albaque pugnantis cernere bella niuis !  
 Diffugiunt , fugiuntque , cadunt , volitantque fauillae ,  
 Surgunt , descendunt , conglomerantque manus .  
 Consurgunt venti : pallentia tela pererrant  
 Aethera , nosque petunt , sed minus , ecce , nocent .  
 Considunt venti : caelum sua tela resoluit ,  
 Nix hadit in terras atra , sed alba iacer .  
 Cernere ut aurigas trans leuia strata viarum  
 Ocyus Euphrate deinde volare iuuat !  
 Quos & equi gemitus & tincinnabula produnt .  
 Ne fint a tacitis damna timenda rahiis .  
 Ut iuuat armatis trans marmora currere plantis ,  
 Et factos per aquas ferre referre pedes !  
 O formose puer , volucris cito difficit auram ;  
 Ocyus hi fugiunt : Sic tua vita fugit .  
 Si quis inaccessam Rhodopen vel scanderet Haemum ,  
 Indeque per vastos lumina ferrat agros :  
 Quaequo , sub adspectum miracula quanta venirent ?  
 Heu mirum quantum , quaequo , videret opus ?  
 Cani stant montes , firmae stant littore puppes ,  
 Siluaeque , & tellus tota sepulta iacet .

Sci-



Scilicet optata fruitur natura quiete,  
 Laetior ut tandem rideat omnis ager.  
 Et velut agricolis iam fractis membra labore :  
 Sic & naturae est dulcis amica quies  
 Tu tamen explicata meditabere fronte, quid inde  
 Laudis hiems capiat, quantaque dona ferat.  
 Non equidem inuideo, tua si tibi tempora rident  
 Veris & aestatis ; sed magis illa placent.  
 Semper mecum habito, nec mens yaga cuncta pererrat,  
 Maiorique Dei pectus amore calet.

## Ad

**I O. F R I D E R I C V M L O R E N Z ,**  
 Scholae Burgensis Rectorem,  
 antea Gymn. Magdeb. Sub - Rectorem.

Poetarum & Historicorum latinorum lectio  
 coniungenda.

**N**escio, Pierides, varia dulcedine quam nos  
 Ducitis, & studii quaeritis usque vices.  
 Miseric alternus Sophies labor utile duci,  
 Quodque hodierna fugit, craftina cura petat.  
 Mox animum oblectant priscum monumenta virorum  
 Mox capimur studiis, Musa tenella, tuis.  
 Alternis fera bella ducum, pacataque rursus  
 Tempora; & alternis sacra Poesis adeat.  
 Historia & varum solertia, iungite dextras,  
 Alteraque alterius poscite subsidium.  
 Omnia, quis necit? non omnis diligit hora;  
 Quisque suas cupimus defugimusque vices.  
 Horridus Alcides num posset ferre laborem:  
 Ni grauibus curis otia mixta forent?  
 An pins Aeneas semper iactarier vndis:  
 Ni lassum recreet deliciofa quies?

Ad





An Laertiades per tot discrimina rerum  
 Tendere : si ferret Lucifer omnis onus ?  
 Iam rerum scriptor , qui grandia fata reuolutis ;  
 Iam delassatis leste poeta places.  
 Crede mihi , Lorenzi , optant alterna Camenae ,  
 Et iuuat in pulcris artibus esse vices.  
 Ordinar antiqua vietricis origine Romae ;  
 Romae , olim qua quid , dicite , maius erat ?  
 Romae fata breui pingis mihi , Rufe , tabella ;  
 Quam liber exiguis grandia gæta tener !  
 Rufe noster eat comes Europius ; neque iungent  
 Tam similes socios vincula pulcra duos.  
 Phaedrus adeft . Numerum , Phryx alter , perfice ternum ;  
 Per te bos loquitur , grus , leo , cerus , aper.  
 Tu mores hominum ficto effers ore ferarum ;  
 Narrare Historici : singere , Phaedre , tuum est.  
 Iam facilem faciles legimus suauemque Nepotem :  
 Mox nos oblectas Timoleontis honor ;  
 Mox resonant laudes Datamis , rigidique Catonis ,  
 Utque , Conon , hostes , vt , Thrasibule , fugas .  
 Iustus Aristides placet , & placet Atticus ; angit  
 Hannibal Aufoniis hostis iniquus agris.  
 Tam dulces nobis elegos das , blande Tibulle ,  
 Carmina quam tua sunt plena , Carulle iocis .  
 Carmina Phoebicolis tua sunt adamata , Properti ,  
 Haud eadem laus est , Bilbilitane , tuis .  
 At veneranda magis PrudentI musa piorum  
 Tot mortes , fidei nobile tollit opus .  
 Quam tu nos fessos delinis , caste poeta !  
 Quam mulces numeris peñtora nostra tuis !  
 Suaue , mari saeuio sanctum spectare labore ,  
 Et te , LactantI , teque , Seuere , sequi .  
 Vos tempestatum narratis turbida ; Christi  
 Testibus ille probis clara tropea struit .  
 Templa Dei , cineresque piis , umbrasque beatas  
 Linquimus ; ab sacris iam licet ire foras .  
 Est suus externis etiam locus . Exful ad axem  
 Damnatus Geticum me quoque Naso mouet .

Pe.



Pelignus vares nocturum lusit amorem,  
 Et quod tentabat dicere, versus erat.  
 Is tecum, Caeser, iunctus lectusque placebit;  
 Ingenio fuerat magnus vterque suo.  
 Vincere braccatum, Iuli, tibi contigit orbem,  
 Nomine qui falso regia iura tenes.  
 Et tibi, Naso miser, meditari turpia bella,  
 Scribere qui poteras carmina digna magis.  
 Dux ille in bellis ardens, scriptorque politus,  
 Cuius terruerunt arma filiusque viros.  
 Hic Elegos duxit teneros, queis tristia fleuit  
 Fata, nec ingenii trux Gera demit opes.  
 Quis vocat in curas? Excelsi Liuius oris,  
 Liuius aeternum nomen in historia.  
 Romule, te legimus Tarpeias condere turrem;  
 Iamque fugis parios, dire Superbe, lares.  
 Discimus, Alpinos Poenum transcendere saltus,  
 Nubibus ut turmas exsiliuisse putemus.  
 Tu non solus eris, Patauinae gloria gentis,  
 Deliciae nostre non, Tite, solus eris.  
 Carmina grandisoni quis spernat docta Maronis?  
 Et Maro delicii pars, Maro noster erit.  
 Sublimes fundis numeros, Andine poeta;  
 Ut nitidam Suadam Liuius altus habet.  
 Tityrus in filiis recubet, subigatque colonus  
 Arua, modusque canat grandior arma viri.  
 Tityrus at fileat, requiescat pasta capella,  
 Compescas ventos, Aeole saeue, tuos.  
 Liuius alternum studium sibi poscit, & aequo  
 Incedit gressu, nec tua iura timeret.  
 Ergo mihi curse, dilectique estis vterque  
 Dum viuamque eritis tu, Tite, tuque, Maro.  
 Nunc Taciti veniat, nunc docti lectio Flacci;  
 Quam prudens ille, hic tam numerosus erit.  
 Ille docet fraudes aularum, hic pollice gnaro  
 Pindaricae tergit fila canora lyrae.  
 Voluimus illius tot fida voluina rerum,  
 Quis pinxit mores ingeniosa manus.



Voluimus & bellas, quas lusit Horatius, odas ;  
 Esse nec alteruter maior in arte queat.  
 Quam trahit interpres naturae, Plinius ille,  
 Vesuuui sorptus fauicibus igniomi !  
 Describit pisces, volucres, animantia, gemmas,  
 Et maria, & lapides, fidus & omne pollicentia.  
 Ut varia est natura, vt se se vertit in omnes  
 Formas : sic variat Plinius ingenium.  
 Nec minor arte venis, rerum studiose Lucreti,  
 Tu Epicurei gloria magna choros.  
 Carmine sublimi tradis mirabile dogma,  
 Hortorum in latebris quod tulit ille senex.  
 Aethereos signat doctus Manilius ignes  
 Et ruruli caeli sidera clara notat.  
 Nec vos, augusti qui scribitis acta palati,  
 Vel legisse piger, vel memorasse pudet.  
 Sic vicibus mutatur opus. Sic aequora puppis  
 Non eadem fulcat. Sic variarque Ceres.  
 Sic secundus ager non solas procreat herbas,  
 Nec ridens hortus gramina sola parit.  
 Non omnis Baccho, non turget frondibus omnis  
 Tellus. Alternis garrula ludit auis.  
 Acer equus sic non vna decurrit arena ;  
 Sic in deliciis non liber unus erit.  
 Ergo, vt rite facis, posthac quoque, dulcis Amice,  
 Quaebo, legas vates ; & lege facta virum.

## Epithalamium

### Nuptiis Iurisconsulti sacrum.

**E**nuge ! Nefastus adest, per quem tria verba silentur ;  
 Iustitium querulo dicte molle foro.  
 Garrula rostra tacent, caussis linguisque fauetur,  
 Nec locus est titulis, Iustiniiane, tuis.  
 Est procul his Al特rea sacris, agit otia, tantum  
 Nunc Paphiae sola lege licebit agi.

Orta



Otia Pallas agit ; blandos , sua iura , Cythere  
 Eloquitur titulos , basia , surta , dolos .  
 En metamorphosin ! Nitens elephante tribunal  
 Occupat ; insolito sella decorz nitet .  
 Sie Themidi placuit ; cupiunt alterna Deaeque .  
 Cyprida pro concha sella curulis habet .  
 Illa feder . Vestis rutilat de murice limbus ,  
 Tempora non oleis , est redimita rosis .  
 Subdidit Idalius mulcenti colla sinistrae ,  
 Quae terit ambrosias irrequita genas .  
 Mille ioci circum , lusus , risusque , salesque ,  
 Murmura , poppysmi , blanditiaeque volant .  
 Insultusque leues tentant ac feminam belli ,  
 Ora per arque sinus feruidus ille ruit .  
 Non tuba , non litus accunt in praelia vires ,  
 Sed gemitu atque istu luminis illa ciet .  
 Ipsa Venus gratos rider tacitura tumultus  
 Et facilis , verò vertice , surta probat .  
 Tum canones pandit , titulos & iuria recludit .  
 Sponse , tibi gratans & tibi , Sponfa torum .  
 Iam Veneri , sic verba fluunt , aduertite mentes ;  
 Hic mihi fastus erit , nunc tria verba loquar .  
 Vix iuit Themidos circum tua tempora laurus ,  
 Ex ista titulus crevit honorque nouus .  
 Non minus a nobis cape iam munus decusus ;  
 Coniugis eximium , do tibi , nomen habe !  
 Maecte novo titulo , tibi quum pulcherrima detur ;  
 Illa patris titulum prole secunda dabit .  
 Pergitur , & nati natis nascentur ab illis ,  
 Hinc & aui & proaui nomina blanda feres .  
 Do tibi delicias vitae , do gaudia noctis ;  
 Qualia ? Sunt thalami ; non loquor , ipse scies .  
 Si tibi difficiles soles dent forte coloni :  
 Taedia , quod tibi do , dulce malagma fugat .  
 Vtere . Blandiloquae fastidia ponit in vlnis .  
 Iuppiter & tumulat coniugis ipse finu .  
 Tyndaris , Idaeo data , me quoque iudice , coniux  
 Exsoluit curis saepe faceta virum .



Spirantes oculi , per lactea colla nigellae ,  
 Do decus hoc raruin , gloria prima , comae.  
 Pandoram tibi do , sed & hanc sine fraude , sed illam ,  
 Munera quae cupidio pandat aperta viro .  
 Do tamen , vt tu des . Haec sunt mea iura , sed ipsa  
 Praemia quam repeto , non onerosa peto .  
 Dico , sis miles nostris non segnis in armis ;  
 Haec est prima nouis lex in amore toris .  
 Hac mercede dedi . Nostris non otia regnis  
 Esse volo . Procul hinc , qui voler esse piger ?  
 Vendicat ipse dies sibi munia , vendicat & nox ,  
 Pensaque sunt tabulis vraque scriptra suis .  
 Illa peracta placent , decies reperita placebunt ,  
 Et iuuat in gyros vsque rotatus amor .  
 Otia corrumpunt , creber labor actus in orbem  
 Exercet vires , perficit atque probar .  
 Hic haber officium ( te addico laboribus istis )  
 Os oculusque suum , desque manusque suum ,  
 Addico sponsac patulis immergier vlnis ,  
 Quae tepido noctant pectus utrumque toro .  
 Illa tibi blandis alludet mitis ocellis ,  
 Sine per obliquum , seu per aperta petat .  
 Tum tuus & pariter flammes ignesque refundat ;  
 Obvia lux luci fortior inde reddit .  
 Basia non cessent , roseis addico labellis ,  
 Quicquid & arcani foederis esse putet .  
 Nuptula tota sumum totum te postular , illa est  
 Ut data tota tibi , te quoque reddere , volo .  
 Ite , elegi molles , istis applaudite taedis ,  
 Et bona nunc sponsis dicite verbi nouis .  
 Quis vestro iam non inter licet esse poetae ;  
 Ergo suam vobis tradidit ille vicem .  
 Quid dubitas ? Propera ! Votis accingere ! Saep  
 Namque vicem domini , laeta Thalia , geris .  
 Ne timeas ; non sunt ea limina clausa Camenis ;  
 Ille dabit faciles , vel dabit illa manus .  
 Haud mora ! Perge viam , gratanti accede coronae ,  
 Dic Sponsis : Dominus prospera quaque vover .

Igni-



Ignibus acclamat Felix Faustumque sacris,  
 Multaque pro vestra pocta salure bibit.  
 Vel si secretum rapiat velamen amantes:  
 Insequere, & filias blandula subde foco.  
 Vel feder, & Sponsae circumdat colla lacertis:  
 Sic coeant semper brachia vestra, vole.  
 Vel roseo tollit resonans libamen ab ore:  
 Hoc pluat aeterno, dic, Venus imbre tibi.  
 Vel si forte stupet peramicis morbus ocellis:  
 Hem! dic, perpetuo sint in amore duces!  
 Dic, alterna vigent; nimis bellator in armis.  
 Ni reparer vires, deficit ante diem.  
 Concidit Alcides. Pylis tibi fortis in annis  
 In thalamo regnet visque vigorque tuo!

A d A m i c u m.  
 C l o c I C C X X I V .

**S**ic igitur sacras voluisti linquere Musas?  
 Teque iuuat studium deseruisse prius?  
 Et tibi jam tanti est, artes addiscere muras,  
 Auxiliumque aegris quomodo ferre queas?  
 Scilicet herbiferi laetissima tempora veris  
 Qum redeunt, & agris grama grata virent:  
 Tu nunc diffusis herbas lectorus in aruis,  
 Tu nunc fasciculos compositurus eris?  
 Nunc tibi vis florum est & cognoscenda potestas,  
 Et qui Paeoniis visibus aptus erit?  
 Sic tibi tantus amor, medicorum volvere scripta,  
 Et Coi doctos Harpocratisque libros?  
 Quis te scaevus agit furor, & quo coeca voluptas  
 Teque animumque tuum nemine agente trahit?  
 Nunc nimium cupidus concides mortua membra?  
 Nunc erit adspectu matula digna tuo?



Corporis internam noscendi tanta cupidus est  
 Structuram, atque iubens tanta pericula subis? illam  
 Siste pedem! Valeant Podalirius atque Melampus!  
 Ad reiecta redi Biblia, Marce, redi!  
 Felix quem faciunt aliena pericula sanum!  
 Marce, redi! Felix, suader amicus, eris.  
 Me iuuat in studiis illis consumere vitam,  
 Queis dignis semper gloria prima fuit.  
 Sed tamen ausus eram, Galeni discere magnas  
 Sectarique artes,, mors tua pestis atroc,  
 Iam mutatus erat cultus, gladiusque nouatus,  
 Sumferat ac herbam viator Apollo meam.  
 Sed Dea sancta piis habitans in mentibus, aegra  
 Cui castique Deae debita sacra ferunt;  
 Et cui tura precium, praestantia tura, litantur,  
 Eusebiam dicunt, obrulit ora mihi.  
 Obtulit, & nostraræ vitae indignata labores,  
 Edidit hos nobis ore minante sonos:  
 Ergo, Care, pios potuisti linquere coetus,  
 Templumque imprudens deseris ergo meum?  
 Imbutus puer, & iuuenis nutritus in illo es;  
 Nec minor, ipse scies, semine fructus erat.  
 Iamque coronabant virides tua tempora frondes,  
 Maioremque gradum nactus honoris eras.  
 Quae nunc cauſa mouet, medicorum ut castra sequaris,  
 Transfuga? Disserimen non leue, crede, subis.  
 Eligis incertas artes pariterque moleſtas;  
 Quaeſo, quid in mutis velitatis erit?  
 At multos, dices, ars haec morti eripit aegros;  
 Plura tamen gelida corpora condit humo.  
 Mentem igitur mutes, omnes hortantur amici,  
 Suadet veterque parens, suadeo amica tibi.  
 Tempus erit forsitan, bene quum non omnia cedant,  
 Te pigeat vitae consiliique tui.  
 His ego commotus verbis ea signa reliqui,  
 Impletumque alio pectus amore meum est.  
 Atque iterum flagrans veteres amplexus amicos,  
 Illorumque mihi gratia certa maner.

At



At tu , quandoquidem mutae sic impetus artis  
 Vrget , & a stadio non reuocandus eris :  
 I modo , Marce , cito , quo te vocat illa libido ,  
 Pruritusque tuus ! Doctor at inde redi.

## E c h o.

**C**lamabam in filuis , quid sit formosa iuuentus ?  
 Audiit haec Echo garrula ; *Ventus* , ait.

## A d L i b r u m f u u m.

**O**he , libelle , iam satis !  
 Ad ymbilicos venimus.  
 Tu quaeris ire protenus.  
 Procedis , & summa nequis  
 Scheda teneri , res quasi  
 Tibi peracta non foret ,  
 Quae iam tamen , ni fallimur ,  
 Prima est peracta pagina .  
 Qui te legit , iam deficit ,  
 Et conquerens , & oscitans  
 Fessus legendu definit ;  
 Librariusque clamitat :  
 Ohe , Libelle , iam satis ?



gern als auf der zimmer zu tun haben  
zum schmücken mag eithal. & co. 1677  
Gedicht von e. g. v. o. d. c. v. v. v. v. v. v.  
dieses sind es. Gott sei dank erkennt man

Sein armer thron ist hier. wird es endgemaill  
zu sein. und so ist es. und so ist es.

Sein armer thron ist hier. wird es endgemaill  
zu sein. und so ist es. und so ist es.

Sein armer thron ist hier. wird es endgemaill  
zu sein. und so ist es. und so ist es.

Sein armer thron ist hier. wird es endgemaill  
zu sein. und so ist es. und so ist es.

Sein armer thron ist hier. wird es endgemaill  
zu sein. und so ist es. und so ist es.

Sein armer thron ist hier. wird es endgemaill  
zu sein. und so ist es. und so ist es.

Sein armer thron ist hier. wird es endgemaill  
zu sein. und so ist es. und so ist es.

Cl 3394

VD18


ULB Halle  
003 927 709

3



mc





# SILVVL EMATVM LATINORVM

CASP. REICHARDI,

ET R E C T. G Y M N A S. M A G D E B.

Si recreet Poeta,  
Simulque profit ideim:  
Meretur omne punctum.



HALAE,  
YPIS IO. HENR. HESSIL.